



UB Halle / S.

DISPUTATIO JURIDICA, ³⁵⁷²⁰
EXHIBENS ¹⁶⁵⁸

DECADEM ¹⁹

QUÆSTIONUM JURIS

TAM PUBLICI QUAM PRIVATI

CONTROVERSARUM,

QUAM

FAVENTE SUPREMO NUMINE

AUTORITATE & CONSENSU MAGNIFICI AC NOBILIS-
SIMI ICTORUM COLLEGII IN ALMA AC PER-

VETUSTA UNIVERSITATE GERANA,

SUB PRÆSIDIO

VIRI NOBIL: AMPLISSIMI AC CONSULTISSIMI

D. N. JOHANN: HERMANNI

à SODE, J. U. D. EJUSDEMQUE FA-

CULTATIS ASSESSORIS AC PROFESSORIS PUBLI-

CI EXCELLENTISSIMI, NEC NON COLLEGII HUIJATIS

SAXONICI DECANI SPECTATISSIMI. DN. PATRONI,

PROMOTORIS, AC PRÆCEPTORIS ÆTATEM COLENDI.

PUBLICÆ DISQUISITIONI SUBMITTIT

PETRUS Müller /

NORDHUSAN.

IN ACROATERIO SAXONUM

AD DIEM JANUARIJ ANNI 1658.

ERFFURTI,

LITERIS CHRISTOPHORI KÜCHENI.

Müller
Dn. Er

Dn.
Er



Magnificis, Amplissimis, Prudentissimis, Clarissimis, Praeclarissimis, Humanissimis, nec non Doctissimis

V I R I S

DN. HEINRICO EILHARDO, Imperialis Civitatis Nordhufæ Consuli meritissimo.

DN. JOHANNI WILHELMO SOMMER ejusdem Consuli gravissimo.

DN. JOHANNI GÜNTHERO WIGANDO, U. J. Candidato & Practico celeberrimo.

DN. BARTHOLOMÆO WASSERDOL/ olim Praefecto in Rotenkirchen/ hodiè juris Practico.

Dominis, Patronis, Fautoribus ac respectivè Affini, summo amoris & honoris studio prosequendis

hoc exercitium Academicum in sui suorumq; studiorum recommendationem.

submissè offert ac dedicat.

P E T R U S Müller.



PRÆLOQUIUM.

Cum animus nobis sit, impræsentiarum nonnullas Quæstiones tam juris Publici, quàm Privati Illustriores maximè controversas, libertate Academica publicè ad Disputandum proponere, speramus, veniam à Bonis nos mereri, si non omnia ad omnium fortassis palatum tradituri sumus. Implorato igitur magni & præpotentis DEI auxilio, quod in omnibus conaminibus & actionibus nostris primas partes meritò tenet, *Secundum Novell. 85. in pr. sit*

QUÆSTIO. I.

An Aurea Bulla possit mutari?



Constitutionem hanc à Carolo IV. Imperatore in Comitibus Norinbergæ habitis Procerum consensu Ordinumq; Consilio Anno 1356. d. 9. Jan. latam Sigilloq; ipsius Caroli aureo munitam, non posse mutari suadent sequentia argumenta. (1.) Quia Fundamento sublato, tollitur & corrui fundatum: Atqui fundamentum

Imperii Romano-Germanici esse hanc A. B. indicat non solum ejus nomen, quando vulgò Lex fundamentalis appellatur. *Dan. Otto J. P. cap. 12. lit. a. Herm. Kirchner. d. Republ. Diss. 6. tb. 3. lit. a. Petr. Gregor. Tholosan. lib. 7. d. Republ. cap. 10. Buxtorf. ad A. B. cap. 1. concl. 1. lit. c.* Sed etiam res ipsa: Quanta, quanta enim hæc est, nil nisi pacis, justitiæ & salutis publicæ firmamentum est. *Fibig. in Elect. jur. publ. semidecad. 5. qu. 1. n. 13.* ponitq; hæc Regimini & actis Imperii gravissimis suscipiendis & expediendis firmum

firmum fundamentum. *Magnif. Dn. Carpozov. Synops. Jur. Feud. Diss. 1. qv. illustr. 2. n. 1.* Unde cōmunis Reip. sponsio dicitur, *Kirchn. d. Republ. Diss. 4. th. 3. Petr. Heig. lib. 1. qu. 5. n. 1.* & petra Romani Imperii firmissima, super qua etiamnum Majestas & Pax ejusdem tutò quiescit, *Arum. ad A. B. Concl. 2. nervus firmissimus Pacis publicæ, Peucer. lib. 5. Chron. in Carol. IV. p. 931.* Unicum illud & adamantinum vinculum, quo qualescunq; Imperii Romani reliquix & ferreolutei pedes utrinq; continentur & à dissolutione ac ruina adhuc conservantur. *Marq. Freber in 2. Orat. d. prop. gubern. Frid. IV. pag. 51.* Cum igitur hæc Constitutio salutem & dignitatem totius Imperii contineat. *Nicol. Reusner. Cons. 11. n. 20. lib. 1. V. Recept. Imp. d. Anno 1521. in pr.* Quis dicet, eam posse mutari? Fundamentalibus siquidem legibus sublatis & abolitis, status & salus Reip. corrumpitur & evertitur. *Petr. Heig. lib. 1. qu. 5. n. 2. Bodin. d. Republ. lib. 4. n. 426. Kirchner. d. Republ. Diss. 4. th. 3. & Diss. 6. th. 3. lit. a. in fin. Dan. Otto I. P. cap. 12. pag. 314. Fibig. in Elect. jur. publ. semidec. 4. qu. 5. n. 22.*

Accedit (2) autoritas & testimonium ipsius Imp. Carol. IV. qui sæpius in contextu Bullæ suæ immutabilem observantiam & observandam immutabilitatem inculcavit. *tit. 1. in pr. verbis: Wir erkennen und sehen mit diesem gegenwertigen Keyserlichen Gebot/so EWIGLICH weren soll: Tit. 3. §. 2. aus vollkommeneheit Keyserl. Gewalts erkennen und sehen wir EWIGLICH zu halten. Spaulo post in fin. auch gegen ihre nachkommen EWIGLICH zu halten. Tit 7. in fin: wollen das solche zukünfftige Zeiten EWIG in allen ihren Kräfte/auch BEY GANZ ERBBLICHEN ERBEN UNZWEIFENTLICH bleiben und gehandhabet werden sollen. Tit. 8. ibi: Die wir EWIGLICH in Krafft und Mache haben wollen. Tit 9. in pr. mit diesem gegenwertigen Gesetz EWIGLICH zu halten. Tit. 21. in fin. in der proceßion ESATZES also zu halten.*

His & similibus suffragatur (3) Capitul. Carol. V. ap. Sleid. lib. 1. hist. sub fin. quæ S. Wir solle v. wolle auch die Guldene Bull etc.

Im-

Imperatorē ad observantiā *in perpetuum duraturam A.B.* adstringit,
 & si res tulerit, amplificationē ejus de Concilio Electorū concedit,
 mutationis nulla habita mentione. Vid. *Goldast. in Polit. Imp. tom. 2.*
de anno Idem. 1519. confirmat Capitul. D. Rudolphi. II. §. *pen. in verb.*
Wir wollen auch der B.ilden Bull zu wieder kein Rescript oder
Mandat oder ichts anders beschwerliches außgehen lassē od zu
gestehen gestatten/ in einige weiß oder wege. *Buxtorf. ad A.B. c. 1.*
th. 7. lit. 1. usq; adeo, ut & ultimodelectus Rex Romanorum D. Ferdi-
 nandus IV. in Capitulatione sua juramento ad observantiam hujus
 Legis publicæ fundamentalis, sese obstrinxerit. *Ludov. d. Monte*
sperto Vindic. Pacificat. Osnabruc. & Monaster. §. 23. num. 125.

His tamen & aliis non obstantibus existimamus contrariam
 opinionem veritati & rationi convenientiorem esse. Constat enim
 Legem hanc Carolinam consensu Imperatoris & Imperii Statuum
 latam & promulgatam esse. *A. B. in fin. proæm.* Et quidem valde
 laudabiliter: Quia maximè ex usu Reip. est, ut ardua statumq; i-
 psam concernentia negotia, consilio Procèrum Ordinumq; perfici-
 antur, Vid. *Knichen. de Saxon. non provoc. jur. verb. Elector. cap. 5.*
n. 83. Cum igitur hæc Lex positiva sit, & secundum vulgatum Bro-
 cardicum, ejus sit legem tollere, cujus est condere, *arg. l. Si quis. 22. pr.*
ff. d. legat. 3. Eademq; sint principia destructionis quæ cōstructionis
Fibig. in Elect. jur. publ. Semidec. 4. qu. 5. n. 7. Sequitur inde, quod &
 Imperat. & Statuum Imperii cōsensu simul ea possit mutari: Cū nihil
 tam naturale sit, quàm unum quodq; eo, quo constitutū & colliga-
 tum fuit modo, rursus abrogare & dissolvere *arg. l. 35. ff. d. R. J.*
 Quod & in terminis huc applicat *Pruchman. d. effect. 3. n. 8.* Ma-
 ximè si utilitas Imperii hoc suadeat: Salus enim Imperii supre-
 ma lex est, cui inferiores omnes, licet fundamentales, meritò ce-
 dunt & subjiciuntur. Vid. *Herm. Kirchner. d. Rep. Disp. 6. th. 4. &*
Dn. Sigismund. Pichler. Discurs. Polit. Proæm. V. th. 1. & passim. Quo
 etiam ipsemet Imper. Carol. V. in Bulla hac sua Aurea *Tit. 12. §. 2. ibi:*
Auf unser und Ihr Wohlgefallen wehren soll: collimat, con-
 stituens, ordinationem Sanctionis hujus *ad Suum & Electorum*
duntaxat beneplacitum duraturam. *Dn. Carpzov. Synops. Jur. Feu-*
dal. Disp. 1. qu. illustr. 2. n. 17. Unde & evidentissimum esse arbitra-
 mur, quod Fundamentū Imperii Romano-Germanici sola hæc Bul-
 la

la nec sit, nec dici possit: Constitutō enim Imperio, quod olim fuit
successorium, A. B. hæc demum accessit; *Vid. Fibig. Elect. jur.
publ. semidec. 5. qu. 4. n. 27.* Quæ ratio igitur tranquillitatis & pacis
publicæ Imperatorē movit, ut Consilio Statuum Legem hanc in-
troduxerit, eadem & Ipsi mutationem non denegabit. Quorsum
referimus politum, quod olim Pericli fertur dedisse legatus Lacedæ-
moniorum Polyarces, consilium: Nam cum Pericles negaret, fas
esse loco moveri tabulas semel fixas, quibus essent incisa plebis A-
theniensium Scita: Tu verò, inquit, eas inverte, quod nulla san-
ctione prohibebatur. *Dn. Limn. d. jur. publ. lib. 2. cap. XI. circ. fin.*
Hincq; fluxit quòd in multis articulis hæc Lex hæcenus non fu-
erit observata, sed per contrariam observantiam ac consuetudi-
nem plurimi actus, tacito saltem (si non expresso) Procerum Or-
dinumq; Imperii consensu, statu Reip. Romanæ id efflagitante, cō-
tra Eam celebrati: Sic enim (1) ex dispositione hujus Sanctionis
terminus triginta dierum electioni Romanorum Regis præfinitus,
ea constrictus lege est, ut si intra dies hosce electio peracta haud
fuerit, pane & aqua Electores cibari debeant. *Tit. 2. §. 2. A. B.* At
quis crediderit, hoc unquam factum? Quis articulum hunc Bul-
læ observatum affirmare ausit? Sic (2) Colligit per scrutinium
suffragia Electorum Archi-Episcopus & Elector Moguntinus, Il-
lustrissimi Collegii Electoralis DECANUS, quo titulo fuit ho-
noratus in Epistola Archi-Principum Electorum, ad Benedictum
XII. Pontificem exarata, quæ extat *Tom. 1. scriptorum German.
Freberi, inter Annales Rehdorffii pag. 425. & lib. Cerem. Eccles. 1. sect.
13. cap. 3.* referente Magnif. Dn. Carpzov. *Discus. Histor. Jurid.
Voti Septemviralis Graviss. & c. pos. 7. num. 64 & Synops. Jur. Feu-
dal. Diss. 1. qu. illustr. 3. num. 10. & ARCHIPRÆSUL*, eo ordine,
quem A. B. præscribit, ut primum suffragium tribuat Archi E-
piscopo Trevirensi. (2) Coloniens. (3) Reg. Bohemiæ (4) Comiti
Palatino Rheni (5) Duci Saxonix (6) Marchioni Brandenburg. quorū
omnium votis exquisitis ipse quoq; Moguntinus de suo voto expri-
mendo à dictis Electorib; compellatur. *A. B. Tit. 4. 8. und wann sie
alle. §. zum ersten. & SS. seqq.* At quoties ab hoc ordine votandi
in A. B. constituto recessum? In Electione siquidem Caroli V. E-
lectorem Moguntinum primitus votum & sententiam suam
dixisse, post *Sleidan. lib. 1. Histor. p. 19. & Georg. Sabin. d. Elect.
Carol.*

357

Caroli, ap. Goldast. Pol. Imp. part. 1. fol. 124. demonstrat Magnif.
Dn. Carpz. d. Discusf. Histor. Jurid. Voti Septemviral. gravif. pos. 8.
num. 76. & passim. Idemq; in Electione Maximilian. II. practi-
catum refert Arum. in Disc. 3. ad A. B. c. 4. th. 21. ita ut Is nunc
primum in Electione suffragium habeat, Magnif. Dn. ReinKing. d.
Regim. secul. & Ecclesiast. lib. 1. class. 3. cap. 5. num. 17. Buxtorf. ad A.
B. th. 45. lit. a. & th. 50. lit. e. Et quis (3) nescit, Archi Episco-
pum Electorem Colonensem ultimò electo Romanorum Regi
Ferdinando IV. coronam imposuisse, eoq; ceu singulari donatum
fuisse Privilegio? Tit. 4. A. B. Nihilominus tamen Jus hoc in a-
lios quoq; Electores Ecclesiasticos usu derivatum, ex historico-
rum documentis didicimus; Sic enim in Coronatione Rudolphi
II. tres conjunctim Electores Ecclesiastici officium coronandi su-
stinuerunt ac Ferdinando III. ultimò feliciter regnanti Impera-
tori Moguntinus & Coloniensis Archi Episcopi simul coronam
imposuerunt, uti ex actis Coronat. satis perspicuum. Quem etiam
(4) fugit sanctio Carolina de coronatione Imperatoris, Aquis-
grani peragenda? A. B. Tit. 25. §. Wir finden auch, ubi & Caro-
lus V. coronatus fuit. Videatur R. A. zu Wormbs Anno 1521.
in prefat. ibi: Unser Erönung züsörderst in der Stadt Nach/
wie sich inhalt der Gülden Bull/ und der H. Geseß gebühret/
empfangen haben/ & Discurs. von Erönung Carol. V. ap. Melch.
Goldast. part. 3. Politischer Reichshandel pag. 151. & seqq. Et
tamen sæpissimè ex placito & conventione inter Regem & Archi-
principes Electores, coronationem etiam alibi celebratam, liqui-
dum reddunt Exempla Ferdinandi I. & II. Maximiliani II. &
Matthiæ I. Imp. omnium Francofurti coronatorum, nec non Ru-
dolphi II. Ferdinandi III. & IV. sanctiss. memoriæ, qui Ratisbonæ
coronam susceperunt. Vid. Wahl und Krönungs handlungen
Käysers Matthiæ ap. Goldast. part. 1. Politischer Reichshän-
del pag. 99. itē wahl Capitulation Käyserl. Mayst. Ferdinandi
III. aufgerichtet zu Regenspurg den 24. Decemb. Anno 1636.
Elect. jur. publ. Fibig. subjuncta. pag. 235 usq; 250 inclusiv. (5) De-
niq; innotuit omnibus, qui legem Carolinam semel ac primis,
quod dicitur, oculis inspexerunt, numerum Collegii Electoralis
septenarium multoties hac firmatum & sui observantiam in per-
petuum

petuum valituram promissum. *A. B. in prefat. nec non Tit. 1. 7. §. & passim.* attamen in Pacificatione Osnabruccensi & Monasteriensi Imperatorem Proceresq; Imperii à præscripto A. B. tanta antiquitate & observantia firmato deflexisse & Octavum Electoratum noviter instituisse, hac conditione, ut Carolus Ludovicus, Comes Palatinus Rheni, ejusq; heredes & Agnati totius Lineæ Rudolphinæ juxta ordinem succedendi in A. B. expressum, illo fruantur, ex Instrumento Pacis Cæsareo-Suecico. §. *Quod ad Domum Palatinam. IV. vers. 5.* videre licet. Plura si opus foret, ex historicis, librisq; eorum, qui arcana Imperii exactius norunt, adduci possent exempla, quibus non semel à sanctione præscripta per contrariam observantiam tutò recessum. Sed quorsum ea? Sufficit quod ex causis legitimis contrarium quandoq; admissum sit. *R. A. zu Augspurg de anno 1566. §. Wie wohl dann leßlich. Regiments Aufrichtung zu Wormbs / de Anno 1521. §. 1.* Quia idem hodiè etiamnum propter Pacis amorè, Communis Patriæ nostræ Germaniæ tranquillitatem & Imperii conservacionem admitti, et ab hac sanctione tutò recedi posse, consecrarium est. Necessitas enim non habet legem, secundum juris axioma vulgatissimum, & ad prodigalitatem usq; repetitum. Unde cum observantia omnem ambiguitatem tollat. *Perer d. Lara. 1. animadvers. c. 5. num. 49.* Et Peritorum facta, secuta nobis sint vestigia. *arg. pr. f. d. Codicill.* meritò & nos iis insistimus, sperantes, ex modò dictis superiora pronegativa sententia adducta, adeò clara facta fuisse, ut ulteriori illustratione haud indigeant: Dubium verò si adhuc alicui resideat, adeat is juris publici Indagatorem solertis. *Dn. Limn. d. jur. publ. lib. 2. cap. XI. n. 120. ad fin. Magnif. Dn. Carpzov. in Comm. ad Leg. Reg. cap. 3. sect. 3. n. 9. & seqq.*

II,

An à lata sententia Imperatoris appellationi locus detur ad Pontificem?

Guido Papa *de Appellat. concl. 6.* scribit, ab Imperatore ad Pontificem appellari posse, allegans in hunc finem *Hostiensem in c. Joan. d. fid. instrum. Cardinalis in elem. 1. in 5. notab. d. renunciat.* Pontificialem dignitatem, culmen dignitatum omnium asserit, *in-*

c. innotuit. d. elect. c. venerab. d. prabend. Et Rebuffus, Pontificem non habere jurisdictionem, per viam cumulationis, quia sic haberet collegam & parem, nec per viam gradualitatis, quia sic haberet priorem presidentem, potioem se, sed esse totum continens omnia. d. privileg. studiosor. privil. 164. Augustino de Ancona, d. potestat. Ecclesiast. qu. 36. considerat 5. 6. & 7. Imperatorem Pontifice inferiorem constituit, quoad dignitatem, causalitatem & autoritatem. Pacian. 2. d. probat. 28. n. 23. dicit, Imperatorem à Pontifice distare, ut discipulum à magistro. Zoes. Comm. ff. à quib. appell. non licet. num. 5. in fin. concludit, ut à principe superiorem non recognoscente appellatio non valet per l. 1. §. 1. ff. d. appell. ita & in Pontifice summo hoc verum esse, cum Ipso nemo superior sit: Ipseque cunctos judicet, à nemine autem judicetur ex dictis Bonifacii Martyris, in can. si Papa. 6. dist. 40.

Verum ab Imperatore haud licere ad Pontificem appellare, magis veritati convenire arbitramur. Imperator enim mundi dominus dicitur in l. 9. ff. ad l. Rhod. d. jact. l. 3. circ. fin. C. d. quadr. praescript. l. 1. in pr. C. d. rapt. virgin. Nov. 105. c. 2. §. fin. quæ sententia communis est. Jason. in l. cunctos populos. 1. n. 6. C. d. summ. Trinit. Hinc Bartol. Hostiens. Nicol. d. Ubald. Francisc. Aretin. in d. l. Immolens in l. infamem. 7. ff. d. publ. jud. Zoanett. d. Rom. Imperat. n. 203. constanter asseverant, omnes populos legibus Cæsareis de jure obligatos teneri, adeò, ut interpretum vexillifer Bartol. tanquam dictatoria voce in l. hostes. 24. ff. d. captiv. & postlim. num. 7. exclamet: Si quis negaverit, Imperatorem Romanum esse Monarcham & Dominum totius orbis, esse eum hæreticum, dicitque Hostiens. in c. venerabilem. X. d. elect. eum mortaliter peccare: præprimis cum totus orbis Imperatoris sit servitium. Abbas. Conf. 51. isque rationabiliter debeat possidere universam terram, quæ videt occidentem & orientem solem, & quæ ex utroque latere est. Bald. in Auth. habita. C. ne fil. pro. patr.

Et ne quis excipiat, illud olim fortassis obtinuisse, hodie vero cum imperium, variante fortuna, maximè sit diminutum, haud obtinere, is audiat Ludovicum IV. & Fridericum Pulchrum, ita differentes: *Wir Ludwig und Friederich bekennen / daß Wir Uns mit einander verbunden haben ewiglich / das Römische Reich!*

W

Reich!



Reich/ darzu wir beyde erwöhlet und gewöhlet seyn/ mit allen
seinen wörden / unnd alles was es hat / und darzu gehöret / ü-
ber alle die Welt/ mit einander gleich als eine Person besitzet
sollen und wollen. & *infra*: und soll iederman fürbaß / von ei-
nem andern raht nehmen / an allen sachen / über alle die Welt.
Goldast. in Reichs Säkungē. p. 143. Imò à Principe Romano omnes
dignitates, omnis publica potestas & jurisdictio fluunt ac refluant
non aliter ac flumina ad mare. *Bald. in c. un. §. ad hoc. d. pac. jur.*
firm. Heig. part. 1. qu. 2. n. 8. Idemq; dignitatum & honorum
omnium fons & scaturigo Augustissima est, appellaturq; sanctissi-
m9 & nobilissimus in *l. 3. ff. d. nat. restit. Kirchner. d. Rep. Diss. 2.*
thes. 5. lit. d. in fin.

Ex quibus consequitur factum, quod Conradus Romanorū Rex,
Trajectenses, quod à se ad Pontificem appellassent, habuerit pro rei
majestatis, ut *Otto Frisingensis* literarum monumentis consigna-
vit. Cumq; Ericus IV. Dux Lawenburgensis prætenderet, sibi de-
negatam fuisse ab Imperatore Sigismundo justitiam, seq; , utpote
à Bernhardo Urso, Duce Saxonix ortum, *Krantz. in Saxon. lib. 9.*
c. 19. injuste, ratione Electoratus Saxonix, repulsam tulisse, nul-
loq; jure Ducem Saxonix Fridericum I. bellicosum dictum: (vel
ut nonnulli volunt Fridericum II. placidum dictum:) Marchio-
nem Misnix admissum, hancq; ob causam ad Consilium Basili-
ense appellaret, publico edicto nullitatem provocationis deduxit
Sigismundus Imperator, *Ulme* in Comitibus Anno 1434. uti videre
licet apud *Goldast. tom. 3. constit. Imperial. pag. 440* & in *Discursu,*
ob die Römische Käys. Mayest. in sachen Fürstenthumb belan-
gend / allein querkennen. p. 22. & seqq. Imò, hodie contra dele-
gatos Pontificis, appellationes recipientes, mandata avocatoria
frequenter in Camera decernuntur: (ne scilicet causæ ad imperii
disquisitionem pertinentes, ad alia judicia, contra jus fasq; trahan-
tur.) Is verò, qui provocare ausus fuit, tanquam contemtor,
Cæsareæ jurisdictionis, centum auri puri marcis mulctatur & re-
futatorii decernuntur. *Ordin. Camer. part. 3. tit. 5. Seiler. in decis.*
seu præjud. Camer. tit. appellat. quibus & à quibus & c. Ubi & reno-
sem sententix Anno 1512. d. 20. Febr. hoc in passu lata refert.

An fur rupto laqueo de patibulo salvus in terram cadens iterum sit suspendendus?

Sunt non infimi subfellii Icti, qui contendunt, furem rupturâ laquei à poena suspendii liberari, præsertim si post lapsum de sua innocentia protestetur. Adducunt autem duas principales rationes, quarum una est, quod quæstio hæc sit dubia nec in jure nostro Romano decisa, proindeq; benigniorem interpretationem esse arripiendam per. *l. 56. l. 168. ff. d. R. J.* quod non minùs justum quàm tutum est. *l. 192. ff. 80d.* præsertim in causis pænalibus *l. 32. ff. d. pæn. l. 155. S. fin. ff. d. R. J.* ibi enim non de glande legenda, non de oleo, vino aut tritico legato agitur, sed de hominis, creaturæ sanctæ & nobilissimæ, vita & existimatione, qua major jactura esse nequit *Joan. Eichrod. Disp. Inaug. d. jur. non script. tb. 205.* jam verò benigniorem hanc esse interpretationem, ut reus absolvatur, quàm ut condemnetur, cum satius sit, nocentem absolvere, quàm innocentem condemnare. *l. 5. in pr. ff. d. pæn.* præstetq; propter misericordiam, quàm propter crudelitatem reddere rationē. *c. allegant. 12. caus. 26. qu. ult.*

Altera ratio est, quod post sententiam & conclusionem in causa criminali, semper ad probandam rei innocentiam novæ probationes & præsumptiones recipiendæ sint, *l. 4. in fin. ff. d. requir. vel abs. dam. Wesenb. in pr. ff. d. probat. n. 9.* maximè cū favorabiles habeantur rei, quàm actores. *l. 125. ff. de R. J.* jam verò præsumtionem momenti non exigui esse pro reo, DEI potiùs omnipotentis, quàm voluntate judicis servato. *arg. nihil interest. 32. ff. ad l. Jul. d. adult.* per lapsum enim hunc Deum vel innocentia testimonium ipsi præbere vel criminis poenam remittere voluisse. Quæ autem Dei Spiritu aguntur, sub lege non sunt. *c. dua sunt. vers. Spiritus quidem Dei lex est. 29. qu. 2.* imò in obscuris, quod verisimile est, attendere cum soleamus. *l. 114. ff. R. J.* & potius æquitatis, quàm stricti juris ratio sit observanda, æquitasq; præferenda rigori. *l. 8. C. d. judic.* meritò & hîc id observandum, cum experientia testetur, misellos ejusmodi homines è mortis faucibus ereptos plerumq; ad meliorem frugem rediisse; casus igitur hic

cum sit planè extraordinarius & vix uno atq; altero seculo eveniat,
extraordinariam quoq; sententiam mereri.

At his non obstantibus & salva dissentientium auctoritate
statuimus, furem rupturâ laquei ipso jure non liberari, sed rur-
sus suspendendum esse, permoti sequentibus argumentis. Quia (1.)
Pœna suspendii fundatur in sacris literis *Genes. C. 40. vers. 22. Eccles. c.*
20. vers. 27. sub. fin. (2.) Fures furca suspenduntur per constitutio-
nem Friderici Barborossæ in *tit. d. pac. tenend. 27. §. ult. F. 2.*
ubi manifestò dicitur, si quis quinq; solidos valens, aut plus fu-
erit furatus, quod laqueo suspendatur. (3.) Hæc pœna jamdu-
dum in jure Saxonico est approbata, *Landr. lib. 2. art. 13. post. pr.*
& art. 39. in princ. Ubi dicitur, **den Dieb soll man hengen.**
junct. Constit. Elect. August. 32. part. 4. Et (4.)
ab Imperatore invictissimo Carolo V. confirmata in fan-
ctione sua Criminali. *art. 159. ibi: daß der Dieb am Galgen*
mit dem Strang / oder Ketten vom Leben zum Tode gericht-
et werde: Item art. 162. ibi: und soll der Man mit dem Strang
vom Leben zum Tode gestraffet werden. Quæ consuetudo ubi-
q; locorum etiamnum Hodie usu servatur, teste *Hilliger D. E. lib.*
15. c. 29. lit. O. Berlich. p. 5. concl. 43. n. 12. Cû igitur (5.) sententia con-
demnatoria suam debeat sortiri effectû & realiter stri&eq; mandari.
arg. l. servus. 10. & l. si op. ric. 14. C. d. pœn. l. 1. l. acta. 4. §. 1. l. judex. 55.
ff. de re judic. tenoriq; sententiarum capitalium hæc formalia inferi
soleant ex dict. art. 162. Ordin. crim. Const. Elect. Saxon. 39. & Const. 41.
§. wurde dann bemelte Summa etc. part. 4. So möchte er we-
gen solcher begangenen und bekanten Dieben mit dem Strang
vom Leben zum Tode gestraffet werden. **B. R. W.**
Nec constat (6.) hisce constitutionibus & consuetudine suspen-
sum in terram cadentem uspiam exceptum legi: meritò judex le-
ge scripta mitior esse non debet, nec temerè absq; juris auctori-
te ipsi veniam dare. *Nov. 18. c. 5. in pr. l. illam. 19. C. d. collat.* Cum
(7.) Reip. intersit delicta, adeoq; & furta, quæ inter privata delicta
referuntur. *pr. f. d. obligat. quæ ex delict. nascuntur. & juri naturæ ad-*
versantur. §. 1. f. eod. ne maneant impunita. l. ita vulneratus. 51.
§. 2. vers. quod si. ff. ad l. Aquil. Et pœnas ob maleficia solvi magna
sua-

suadeat ratio. l. si à reo. 78. §. 5. ff. d. fideius. vigorq; di-
 sciplinae publicae id postulet. l. 9. §. 5. d. public. & veftig.
 Nec non (8.) is demum pro absoluto habeatur, qui poenam
 perfolvit. arg. l. Divus Vespasianus. 7. in fin. ff. d. jur. patron. Unde
 & peracta executione judicem carnifex rogare solet, rectè ne exe-
 cutioni sententiam mandarit, cui judex, si nihil desideret, respon-
 dere tenetur: Si tu quidem officio secundum sententiae latae teno-
 rem perfunctus es, acquiesco: jubente Carol. V. in D. Ordination.
 Crimin. art. 98. Wann dann der Nach, Richter fraget / ob er
 rechte gerichtet habe / so soll derselbe Richter ungefährlich auf
 diese meinung antworten / so du gerichtet hast / wie Br-
 ihel und Recht geben hat / so lasse ich es dabey bleiben. Jam v.
 Si judex pronunciat, daß der Beklagte ihm selbst zu wohlver-
 diener Straff mit dem Strang vom Leben soll hingerichtet
 werden: Et reus rupto laqueo incolumis in terram cadens non
 iterum strangulatur, dici non potest, sententiae judicis esse satis-
 factum, & eam executioni esse mandatam. Non igitur hinc sufficit
 poena inchoata, sed requiritur consummata. Hinc quoq; apparet,
 merito improbari consuetudinem illam vulgi, quando interdum ac-
 clamat, si ruptura laquei contingit, **der arme sündler habe sein
 Recht ausgestanden:** Contra verò approbari illud Cagnol. in d. l.
 125. n. 10. d. R. J. referentis, contigisse aliquando talè casum Alexandriae
 & clamasse omnem populum, liberandum hunc furè esse, qui vivus
 in terram fracto laqueo deciderat, Gubernator id fuit pollicitus,
 miraculumq; se credere dixit, si iterum suspensus in terram vivus
 caderet, jusfitq; duplicem laqueum iniici & suspendi, quo facto,
 in continenti vitam cum morte commutavit. Et hanc sententiam
 in Francia quoq; observari vidit Johan. Paponius ut testatur lib. 2.
 d. Arrestor. tit. ult. arrest. 14. in fin. refertq; ex Seneca Paul. d. Ca-
 stro ad l. 3. C. d. Episcopal. audient. sanctissimum esse officium, si
 fiat justitia de criminosis, nec posse pinguiorem victimam Deo
 mactari, quam hominem sceleratum per c. qualinos. 44. in fin.
 23. q. 5.

Unde constat, rationes in contrarium adductas certi quid
 B 3 nihil

nihil concludere: Negamus enim (1.) nos versari hic in re dubia, fur siquidem legitimis probationibus convictus, innocens non est; hinc nocentem velle absolvere, cōmodo publico, quod delicta punire jubet, haut parū contraveniretur. *d. l. 51. §. 2. ff. ad l. aquil.* (2.) Resp. quamvis propositæ quæstionis casus in jure ff. & C. non expressè sit definitus, sufficit tamen quod inveniatur alibi, ut demonstratum dedimus, decisus, adeoq; consuetudine universali, quæ facit legem. *l. 32. §. 1. l. 33. ff. d. I.L.* sic observari:

Ad alteram rationem generalem Respond. (3.) nos quidem concedere hanc rationem, cum expediti juris, quod in criminalibus probationes luce meridiana clariores esse debeant. *l. ut. C. d. probat. c. sciant. 2. q. 8. Joan. Wierus Ducis Juliae ac Clivia olim Medicus, demonii cultor eximius. d. prestig demon. pag. 832. vers. 34. & seqq.* Sed hoc negamus, hic ullam adesse probationem vel præsumptionem pro innocentia rei, potest enim fractio laquei contingere vel per fraudem commissam, vel ex debilitate funis, vel per incantationes, vel dolo & collusione carnificis, ita ut non necessariò miraculum arguatur, ut jam taceamus, protestationem hanc strangulati nullius esse momenti, cum effectus judicati non à potestate hominis, sed dispositione legis dependeat. *Dn. Carpzov. p. 1. const. 19. def. 22. n. 2. & 3.* Hoc tamen probè observandum esse facile largimur, si scilicet laqueus à restione noviter contortus, præter omnium spem dissolveretur, & reus sine omni membrorum læsione in terrâ cadens resurgeret, aut aliud tale quid planè miraculosè contingeret, tunc non abs re esse, si executio parumper vel suspendatur, & de novo inquiretur quàm scrupulosissimè in innocentiam & asserti miraculi causam, per *l. 1. in fin. ff. d. quest.* & per eam quæ exempli loco affert *Wehner. in Metamorph. Rerum publ. cap. 3. ad fin.* vel saltem reus ordinariâ pœna liberetur & relegatione puniatur. Quam pœnam aliquando dictasse Jenenses & Lipsienses, sed circumstantiis concurrentibus aliis, refert *Magnif. Dn. Carpz. prax. crimin. part. 2. qu. 88. n. 42. & seq.*

IV.

An intercessiō foeminæ solutæ, vel etiam meretricis, mortis reum in matrimonium petentis, à pœna liberet?

Multi

Multi hoc affirmant, dicentes, in praxi quandoq; ita obser-
vatum fuisse: Sic enim illud ipsum observare Hispanos. refe-
runt Paris de puteo in tr. d. Synd. verbo pœn. n. 2. pag. 690. Boër. decis.
218. n. 20. Nevizan. in sylv. nupt. lib. 4. n. 33. Clar. qu. 98. n. 6. Sicq; de
generali consuetudine Franciæ obtinere testantur Chassan. ad
Consuet. Burgund. rubr. 1. §. 5. verb. nisi habeat abolitionem. n. 96. &
seq. Tiraqu. d. pœn. temper. caus. 56. n. 1. & 2. eò quod magnus sit
matrimonii favor, l. 1. ff. solut. matrim. quiq; meretricem errantem
ab erroris ducit semita, magnum Charitatis opus faciat, idq; ei
proficiat in remissionem peccatorum. c. inter opera. X. d. sponsal.
glos. in cap. 1. caus. 32. qu. 1. cui & hanc mitigationis rationem addit E-
manuel Suarez. à Ribejra in Annotat. ad Gomez. tom. 3. resol. cap. 13.
lit. m. quod hac ratione majus sit supplicium illi condemnato, u-
xorem ducere meretricem, quàm ferri gladio vel alia morte
perire.

Alii tamen ab hac sententia prorsus dissentiunt, existiman-
tes, puellam mortis reum in matrimonium sibi petentem, à pœ-
na ipsum haud quaquam posse liberare. Schneidw. ad pr. J. d. obl.
qua ex delict. nascuntur. n. 3. Jacob. d. Bellov. in pract. crim. lib. 1.
cap. 9. n. 33. Henr. Bocer. in tr. d. furt. cap. 3. n. 31 Matth. Coler. part.
2. dec. 238. n. 3. ubi im Jeneses Mense Martio Anno 1581.
Quæstori Wimaricensi respondisse testatur. Quia (1.) judex
gravi notatur infamia, si crimen apud se probatum impunitate
donaverit, aut mitiorem, quàm leges determinaverunt, pœnam
dictaverit. l. servos. 8. §. ult. C. ad L. Jul. d. vi publ. l. 9. §. 4. d. minor.
25. ann. l. in criminibus. 1. §. si quis. 27. ff. d. question. l. ad bestias. 31.
ff. d. pœn. l. 14. C. eod. l. 131. §. 1. l. 244. ff. d. V. S. se ipsum
conscium criminis ostendit. l. fin. C. d. commer. & merc. c. sicut.
c. negligere. c. 2. 2. q. 7. c. error. 83. dist. 3. punitur eadem pœna,
qua deliquens puniri debebat. l. nulli. 3. in fin. C. ne sancti. bapt.
iter. l. Christianis. 6. in fin. C. d. pagan. punitur amissione
honorum. l. 1. C. d. desert. Item punitur exilio, & 10. libris
auri, item pœna criminis læsæ majestatis & aliis. (2.)
Quia nullibi hic modus tollendæ pœnæ in legibus est
expressus: quare nec præter juris auctoritatem introducendus, præ-
sertim non absq; gravi Reip. præjudicio; quâ quippe admisâ,
facile

facile omnes condemnati non habentes uxores, spe impunitatis, ducendo etiam meretricem, poenae promeritae sese eximere possent. *Gometz d. Resol. 13. n. 37.* cum tamen provincia malis hominibus sit expurganda, ut in quiete permaneat. *l. congruit. 13. d. offic. praesid. l. 2. C. quando licet inuigil.* Et Reip. interfit, delicta ne maneant impunita *l. 51. §. 2. ff. ad l. Aquil.*

Nec est, quod quis matrimonii honorem & favorem, qui magnus est, urgere velit: absurdum enim esset, quod velamento matrimonii poena criminis intermitteri debeat. *l. commissum. 27. C. ad l. Jul. d. adult. Virgil. Pingitz. qu. Saxon 8. n. 3. & seqq.* ubi & accedentibus aliis circumstantis totam hanc rem arbitrio iudicis superioris relinquenda esse concludit. Cui sententiae & nos subscribimus: cum Principibus & Magistratibus superioribus prohibitum non sit, ex causa reo etiam jam condemnato poenam remittere. *l. 27. in pr. d. poen. l. generalis. 7. l. cum. indulgentia. 10. C. d. sentent. pass* Hancq; sententiam in pronunciando quoad poenam tamen perpetuae relegationis Scabinos Saxon. sequi confirmat diversis Responsis *Dn. Carpz. prax. crim. p. 3 qu. 149. n. 55. & 56.*

V.

Num Virgo vi stuprata coronam in capite gestare prohibeatur?

Virginitatem & pudicitiam esse Virtutem in animo, non vero in corpore constitutam, patet ex *c. itane. c. de pudicitia. 32. q. 5.* nec carnem corrumpi, nisi mens fuerit antea corrupta, constat ex *c. revera. dict. caus. 32. q. 5.* Quum igitur delictum non nisi ex animo & voluntate aestimetur, neq; crimen ullum absq; voluntate committatur. *c. cum voluntate. d. sentent. excommun. l. qui injuria. 53. ff. d. furt. l. verum est. 25. in pr. ff. eod. l. quod Reip. 33. ff. d. injur. Andr. Tiragu. d. poen. temp. caus. 51. n. 7. & 9.* Sequitur quod ea mulier, quae contra voluntatem suam vim passa est, nullam quoq; poenam mereatur. *l. si uxor. 13. §. 7. ff. ad l. Jul. d. adult. usq; adeo, ut nullam prorsus infamiae maculam incurrat, sed in violatae existimationis permaneat. l. foedissimam. 20. vers. quin. etiam. in violata existimationis esse. C. ad l. Jul. d. adult. ibiq; Salycet. §. 1. l. 13. n. 7. in fin. ff. eod. Berlich. part. 5. concl. 41. n. 66.*

Quae

359.
Quæ causa igitur prohibitionis, quod Virgo vi stuprata
sertum vel coronam Virginitatis in capite gestare nequeat? Et
quamvis non desint Viri egregii, qui hoc comprobent: veluti
Francisc. Pfeil. Conf. 147. cent. 2. qui ita loquitur: Diesem allen
nach/halte ichs dafür/das die Magde/so vñ den beyden Bubb
mitgewalt ins Korn gerucket/genothzöget üd ihrer Jungfrau
schaffe beraubet ist/nichweniger dan ob solches nit geschehen/
in Jungfräulichē Schmucke üd mit dem Kranze offenbarlich
gehen und nicht als eine geschwächte Dirne mit dem Schleyer
bedecket werden möge: Eumq; sequantur *Matth. Stephan. ad art.
19. Ord. Crim. Carol. & Matth. Berlich. dict. Concl. 47. n. 67.*

Nos tamen salvis rationibus & Autoritatibus adductis, judi-
camus, quod Virgini per vim cognita & stuprata sertum aut co-
ronam gestare permittendum non sit: Sertum enim vel coro-
nam signum Virginitatis non animi, sed corporis esse, patet ex-
inde, quod nec Viduæ nec mulieres conjugatæ, quæ etiam virgi-
nitatem animi colunt, coronæ gestandæ facultatem habeant, sed
caput peplo tegere cogantur. Cum igitur Virgo vi stuprata cor-
poris Virginitatem amiserit, quis affirmabit ei licere sertum vel
coronam gestare? Unde nec talem inter Virgines incontami-
natas referri vult Leo Papa in *c. illa autem famula. 32. q. 5.* Nec ul-
lum negotium facere possunt rationes in contrarium adductæ:
distingendum enim, ut dictum, inter Virginitatem animi & cor-
poris; Illa propriè dicitur pudicitia, quam non modò Virgines,
sed & Viduæ & mulieres honestæ tenent, eaq; per stuprum violen-
tum nec aufertur nec diminuitur: Et de ea assertiones in allegat.
textibus sunt intelligendæ; Hæc verò est integritas pudoris & cor-
poris incorrupti, quam per compressionem violentam perdi, cer-
to certius est. *d. c. illa autem famula. 32. q. 5.* Hancq; distinctionem
Gloss. German. *ad text. in art. 1. lib. 3. landr. n. 2.* nobis suggerit hisce
verbis: Darumb mercke erst von Keuschheit/ das sie zweyer-
ley ist/ nemlich eine des Leibes/ die andere aber des Gemüths.
Seines Leibes Keuschheit kan ein Mensch durch Gewalt vera-
lieren/ aber die Keuschheit des Gemüths oder der Seelen wird
weder

weder für Gott / noch für der Welt durch nöthzogens ge-
walt verlohren / denn sie eine Tugend der Seelen ist. Et post:
Diese Tugend wird in allen dreyen Ständen der Weiber be-
funden / in Jungfrauen / Ehefrauen unnd Wittiben etc.
Atq; hunc in modum quotidie à Collegiis Sapientum pronun-
ciari compertum habemus.

VI.

An Lamiarum ac Sagarum conventus e. g. in monte
Bructerorum, vulgò *Blofsberg* / reales ac veri sint, an ve-
rò tantum intentionales?

Sagas totius Germaniæ certis unguentis illitas, maximè
ex adipe infantium necatorum, uti refert *Martin. Delrio, Societa-
tis Jesu Presbyter, Disquis. Magic. lib. 2. qu. 16.* noctu Cal. Maji,
partim à familiaribus suis dæmoniis & amasiis, qui præstigiosam
formam hirci, porci, vituli & similis animalis (quorum omni-
um exempla prodidit *Remig. lib. 1. demonolat. cap. 14.*) induunt,
brevissimo temporis spacio in montem Bructerorum bajulari,
partim scopis & baculis insidentes ad ludum bonæ societatis (ut
in Italia conventum teste *Delrio d. l.* vocant:) deferri, & deinde
noctem totam ludis, jocis, commestationibus & choreis cum
amasiis suis consumere, figmentum & prodigiosam ac aniem,
fabulam esse, similem fabulis Vergilianis de iis, quæ in campo
Elyseo geruntur, multi Eruditi constantissimè adstruunt, multisq;
modis Libris palàm tuentur: inter quos primas facilè tenet
*Johannes Wierus, Illustrissimi Clivorum Ducis olim Archiater, in
Tract. d. Prestig. demon.* dicens cum suis assæclis; subdubitan-
dum esse, utrum etiam Sagæ, Magi ac Sortiarii revera sint & in-
rerum natura existant (1.) Quia per somnia & imaginationem
quandam melancholicam tales esse, homines sibi tantum vi-
dentur. *Wier. dist. tr. lib. 3. cap. 11. & 12.* Compertum enim sæpe
esse, ut cum veneficæ videntur sibi interesse conviviis ac ludis,
eas nusquam abiisse, sed dormientes gestu & clamore somnia con-
viviorum & saltationum significasse, scribit *Philipp. Melancht.
in libello d. anima.* Imò (2.) Conventus harum personarum omnes

3 Po.
manes interdum, nomine Jesu pronunciato, evanuisse, ac propter
ea personas phantasticas fuisse, asserit *Alciat. lib. 8. parerg. cap.*
22. Unde & (3.) Synodum Ancyranam rectè definitivè, istos
Lamiarum conventus esse Phantasmata, quæ à Cacodamone
miserarum mulierum mentibus irrogantur in *c. Episcopi. 26. qu.*
5. vers. siquidem ipse Satanas, qui transfigurat. cum Wiero multi
sectarii, inter quos etiam est Duärerus ad l. Cornel. d. Sicar. cap. 2. te-
nuerunt. Vid. Martin. Delrio Disquis. Magic. lib. 2. qu. 16. in pr.
(4.) Ut maximè existant Sagæ, tamen, quæ supra naturæ vires
facere imperitis videntur, nihil aliud esse, quàm sensuum ludi-
ficationes, præstigia & figmenta, literarum monumentis con-
signarunt. *Jacob. Rex Anglia I. demonolog. 6. pag. 60. & 61. Chir-*
land. de sortileg. qu. 7. num. 15. & 16. Veluti etiam ejusmodi fa-
scinationum aliquot exempla lectu dignissima refert Petr. Theo-
dor. in Colleg. crim. Diss. 7. th. 3. lit. L.

Sed rejectis rationibus *Joan. Wieri* ejusq; asseclarum, nos
non dubitamus affirmare, quod Striges corporaliter ad conven-
tus diabolicos avolent ac præsentibus adsint: Nam Magos ac
Sortiarios fuisse testatur (1.) Sacra Scriptura *Levit. 20. vers. 6. Je-*
rem. 27. vers. 9. Dan. 2. vers. 2. Psalm. 58. vers. 6. Act. 13. vers. 6. & seq. & cap.
16. vers. 16. (2.) Jus Canonicum. *c. sortilegi. 1. caus. 26. qu. 1. cap.*
illud. 6. c. 7. c. 8. caus. 26. qu. 2. (3.) Lex XII. Tab. & Jus Civile.
l. eorum. 4. l. multi magicis. 6. & t. t. C. d. malefic. & Mathemat. §. 5.
Inst. d. publ. judic. Feinliche Halsgerichtsordnung Carol. V.
art. 109. Paul. 5. Sent. 11. & seq. (4.) Historiæ Profanæ: artis enim
Magicæ callentissimos fuisse *Didium Julianum. El. Spart. in Did.*
Julian. Theudam Joseph. lib. 20. Antiq. Judaic. cap. 2. Labanum
Aramæum, Jacobi Socerum Francisc. Venet. lib. 1. Probl. Sacr.
Script. probl. 216. & 228. commemorant: atq; primùm Zoroastrem
Eactrianorum Regem artes magicas invenisse, & mundi princi-
pia syderumq; motus diligentissimè spectasse, testis est Justin. lib.
1. historiæ. pag. 14 Vid. Delrio dict. tr. lib. 2. qu. 1. Imò (5.) hodiè
etiamnum ejusmodi monstra, proh dolor! quàm plurima pas-
sim reperiri, experientia, rerum omnium magistra, non solùm
comprobat, sed & ipsarum sagarum ac veneficorum,
proprie confessiones dilucidæ, eorumq; chirographa sangui-
ne conscripta docent. Quod attinet rationes in contrarium
al-

allatas, (1.) non possumus inficias ire, Maleficas quandoq; præ-
stigiis occupatas, phantasia tantum interesse conventibus sibi
videri. *Phil. Ludov. Elich. in demonomag. qu. 10. pag. 130.* Confen-
Delrio. disc. tr. lib. 2. qu. 16. pag. 160. Nec ignoramus exempla mul-
ta hujus deceptionis, ut de reo, qui se in Ditis regiâ fuisse dictita-
bat. *Alex. ab Alex. lib. 6. Geneal. dier. de Gennadio,* qui se cho-
ris beatorum interfuisse putabat. *Augustin. ad Euodium Epist.*
101. de Platonico Philosopho alteri in somniis apparente cumq;
docente. D. Augustin. lib. 18. d. Civit. Dei. 18. de patre, qui clara
luce filiam suam videns, se vaccam cernere putabat. *Vita S. Ma-*
sar. Probatumq; quod eorum corpora inventa sint sæpe nume-
ro eodem loco jacentia, nec inde mota fuisse, ut de variis nar-
ratum ab Olao, Tostato, Grillando & aliis; quò pertinet
illud in *vita D. Germani,* de mulierculis convivantibus, ut vi-
debantur, & tamen domi repertis dormientibus: & quæ hu-
jusmodi alia. Non tamen hinc consequitur, semper striges falli,
decipi ac deludi, *Delrio. Disqu. Magic. lib. 2. qu. 16. pag. 147.* Ad
argumentum (2.) Respondemus ex laudat. *Delrio. d. l. pag. 148.*
Sagas, quæ conventui interfuerunt, ad nomen JESU non eva-
nuisse, sed præstrictis cernentium oculis à suis dæmonibus, & ut
vocant, Magistellis celerrimè asportatas fuisse: sicq; dici eva-
nuisse, largè & improprie sumto vocabulo, prodesierunt videri
Saltatrices cum amasiis suis: manifestumq; hoc potest reddi e-
xemplo adducto à *Göehausen Process. contr. Sag. Decis. Qu. 3. di-*
cente, sibi constare ex actis à vicina Republ. Facultati Juridicæ
Rinthlemensi transmissis, Veneficam quandam confessam fuisse,
se (puellæ amatorem: (einen Buhlen) adduxisse ac nuptum
promisisse (hette ihr den selben Freyen wollen) cumq; abnuif-
set ac verba, *ey Jesu! der Gesell ist mir viel zu statelich/ pro-*
tulisset, Diabolum statim ad nomen JESU evanuisse, *sey zum*
Fenster hinaus geflogen und habe ein Glas Ruchen mit ge-
nosien; Veneficam verò rogasse ac muneribus sibi puellam
hanc conciliasse, ne factum deferret: attamen cum justo DEI
judicio post aliquod tempus in alias Veneficas inquisitio institu-
ta sit, ac illæ veneficam hanc denunciarint, capta hæc, factum
istud

istud confessa fuit, idq; puella. verè sic' accidisse confirmavit. (3.)
 Pro solutione *c. Episcopi. 26. qu. 5.* in quo Wieriani basin ac fun-
 damentum sententiæ suæ ponunt, dicimus, ab illjs Dianae
 comitibus, de quibus hic Canon agit, ad nostras Stryges vali-
 dum satis argumentum peti non posse, neq; pertinere ad eas, de
 quibus nunc agimus; esset enim aliàs hæc sententia ipsis Lamiis
 infructuosa, perniciofa Ecclesiæ & Reip. nec non pericu-
 losa ipsis assertoribus. Vid. *laudar. Martin. Delrium, Theologum*
doctum pariter ac Ictum piùm (ut eum vocat *Herm. Goëbau-*
sen. dict. tr. Qu. 4. post. pr.) *Disquis. Magic. lib. 5. sect. 16.* ubi per
 integra undecim folia Analyticum Commentarium in *d. c. E-*
piscopi. invenies, plenamq; explicationem hujus Canonis habe-
 bis, *junct. Eodem dict. tr. lib. 2. qu. 16. & modò citat. Goëhausen*
dict. tr. Qu. 6. ubi & verus intellectus hujus Canonis legenti fit
 manifestus. (4.) Quamvis Sagæ supra naturæ vires miracula e-
 dere nequeant, mira tamen, & quæ purè artificialia sunt, opera
 Diaboli perficere possunt. *Fichard. Cons. 124. qu. 2. tom. 2.* Dona
 enim in Diabolo naturalia non sunt mutata, sed integra man-
 fere, *Hiob. 1. vers. 12. & seqq. & c. 2. cum seqq. Luc. 9. vers. 39. Matth.*
9. vers. 32. & cap. 17. vers. 16. Marc. 9. vers. 17. & seq. 1. ad Thessalom.
2. vers. antepen. Qui Deus hujus seculi. 2. ad Corinth. 4. vers. 4.
 ac Princeps, *Johan. 12. vers. 13.* potest aliud corpus assumere. *2. ad*
Corinth. 11. vers. 3. & 14. corporaq; etiam humana è loco in lo-
 cum violentia quadam transportare. *Matth. 4. vers. 5. & 8. Luc. 4.*
vers. 5. & 9. Goëdt. de delict. part. 2. cap. 6. concl. 7. qu. 3. Quod &
 de bono Angelo legimus, à quo Philippus fuit raptus ad urbem
 Asotum *Aëtior. 8. Delrio. Disq. Magic. lib. 2. qu. 6. & seqq.* Unde
 nec absurdum affirmatur, delationem ac exportationem saga-
 rum in montem Bructerorum, usq; *Blotkersberg* / aliaq; loca ad
 conventus diabolicos, commensationes & choreas, illusiones non
 esse, sed talia Lamiis revera contingere. Vid. *Paul. Chirland. in*
tr. d. Sortileg. qu. 7. n. 1. & seqq. Martin. Delrio Disquis. Magic. lib. 2.
qu. 16. tom. 1. pag. 149. & seqq. Petr. Theodor. in Colleg. Crim. Diss. 7.
ib. 3. lit. L. aliiq; ab ipso allegati, qui omnes non solùm ratio-
 nibus firmissimis, præter has à nobis adductas, hanc sententiam
 stabiliunt: sed etiam modum, quo nimirum localiter transfe-

rantur, ut & quæ in istis fatanicis conventibus peragantur, ex ipsarum sagarum unanimi confessione prolixè referunt. Cum igitur sagarum unanimis ubiq; consensus, excludat omnem imaginationis & somnii deceptionem. *Vid. Delrio Disq. Mag. lib. 5. sect. 16. pag. 71. in pr. & conformitas concorditer asserentium, rem certam & indubiam reddat. l. qui sententiam. 16. C. d. pœn. nullumq; certius dari possit testimonium, quàm proprii oris confessio. l. un. C. d. confess. sitq; hinc confessio ad instar rei judicatae, quæ habetur pro veritate l. 1. 3. 4. & 6. ff. d. confess. existimamus, sine protervia ab hac sententia exactis locorum omnium judiciariis observata, *Vid. Herm Goëhausen Proces. contr. Sag. Decis. Qu. 4. pag. 67. & experientia tot exemplorum comprobata, quem dissentire non posse. Ex innumeris pauca tantùm damus: Simonem Magum coram Petro, alarum dæmoniacarum remigio in aerem sublatum volitare visum, refert *Arnob. lib. 2. contr. gent. Berengarum eadem nocte Romæ fuisse & in Turonensi Ecclesia lectionem decantasse, tradit in *Chronico Nangiæus: Ericum Suecorum Regem, in quam partem pileum verteret, in eam subito asportari potuisse regionem, auctor est *Joan. Magnus Gothor. Sueonumq; historiographus lib. 17. teste Delrio *Diequis. Magic. lib. 2. qu. 16. pag. 153. & seqq. ubi alia multa exempla adducit, quæ, si lubet, perlege, ac videbis Sagarum translationem ad choreas conventusq; realiter ac corporaliter fieri.******

VII.

An proba (*ut vocant*) aquæ frigidae, die *Wasser Probi* qua strigibus explorandis in Germania, maximè Westphaliæ circulo, judices utuntur, sit licita ac legitima?

Complures modos in veneficis indagandis jam olim in usu fuisse, constat inter Eruditos. *Vid. Martin. Delr. Disqu. Magic. lib. 4. cap. 4. qu. 6. Joan. Wier. d. prestig. dæmon. lib. 6. cap. 7. pag. 686. & seq. Zang. d. quæstion. seu tortur. reor. cap. 2. num. 200. & seqq. Herman. Goëhausen. process. judic. contr. Sag. Tit. 3. n. 6. pag. 131. & seq.* Omnium verò frequentiore in nonnullis locis Germaniæ esse probationem per aquam frigidam, qua Lamia suspectæ & maleficii

ficii reæ ita in aquam frigidam coniiciuntur, ut dextra manus sinistro pedi, sinistra verò dextro sit alligata, binden ihnen die rechte Hand an den linken Fuß und großen Zehen / und die lincke Hand an den rechten Fuß unnd großen Zehen / & si supernatant Veneficas vehementius suspicantur & idcirco duri-ori subjiuntur quæstioni; sin submergantur, innocentes esse creduntur, experientia satis superq; nos docet. Et hanc probationem magni momenti esse dicit *Herm. Goëhaus. Proces. contr. Sag. Decis. Qu. 1. in pr.* quam proinde diligenter, non obiter tractandam & disquirendam vult laudat. *Delrio dict. tract. lib. 4. cap. 4. qu. 4. sect. 4. in fin.* Princeps verò hujus sententiæ & praxis judiciariæ defensor est *Wilh. Adolph Scribonius Ramista Marpurgensis, teste Goëhausen d. l. & Delr. modò citato loco & qu. 5. sect. 1.* qui eam stabilire rationibus partim physicis, partim hyperphysicis conatur: quæ cum à laudatis Autoribus, unà cum resolutione argumentorum in contrarium allatorum, prolixè in medium adducantur, nos parcentes chartæ, benevolum lectorem ad eos remittimus: nonnulla tamen alia, quæ etiam hanc probam licitam esse dictitare videntur, iis adjicientes. Nemo enim, nisi qui cucurbitam pro pepone gerit, ignorare potest, divinationis & purgationis hujus originem antiquam esse, ejusq; usum olim creberrimum, fuisse, non solum apud prisca gentilium superstitionem, uti pulchrè docuit *Jacob. Durand. Varior. lib. 2. cap. 1. & 2.* sed & circa tempora increbescens Christianæ religionis, uti commemorat *Francisc. Hotoman. Diss. Feud. cap. 44.* Unde & purgatio vulgaris olim dicta. c. *consulisti. 2. qu. 4.* Gentiles enim non tantum omnia a quâ expiassent, sed & omni lustrationi aquam adhibuisse ex permultis classicis autoribus probat *Joan. à Woveren in Additionib. ad Petron. pag. 345. & seq. & Jacob. Durand. d. lib. 1. cap. 3. lib. 2. cap. 1. & 2.* Sic *Eurip. in Iphigen. in Tauris* scribit, mare omnia hominū mala diluere. Et *Valer. Max. lib. 8. cap. 1.* Tuciam Virginem Vestalem, apud Romanos criminis illati suspicionem, cribro ex Tyberi aquam hauriendo, & in ædem Vestæ portando, amovisse: Et quod ad præsentem explorationem propius accedit, legimus, Neapolitanos reos criminis aqua frigida tribus vicibus immergere solitos, & si emergerent tertio, ut innocentes absolutos fuisse. *Afflict.*

adi



ad Constit. Regn. Neapol. lib. 2. tit. 31 meminitq; hujus probæ frigidæ, qua scilicet quis totus in aquam mergebatur. *Abbas. in cap. licet. in fin. X. d. cler. vel monach.* Sic & in jure Saxonico purgationis per aquam indicium simpliciter admittitur & nominatur *ein Waser Urthel. landr. lib. 1. art. 39. lib. 3. art. 21.* Istudq; aquæ frigidæ examen tempore Ludovici Imp. in usu fuisse testatur *Ammonius lib. 5. cap. 34.* & à B. Eugenio certa formula ad hoc composita comprobatur legitur apud *Fr. Juretum in notis ad Ivonem Carnotensem Epist. 91.* ubi & formulam subjicit, quam etiam refert *Delrio Disqu. Magic. lib. 4. cap. 4. qu. 4. sect. 4.* Unde & Jacob. Riccius in peculiari suo libro, quem *Anno 1598.* pro defensione hujus purgationis *Colonia* edidit, (*Vid. citat. Delr. d. l. in fin.*) existimat, adhibitis certis precibus & ceremoniis, usum aliquem purgationis ad informationem judicis esse posse: de jure siquidem, cautum, ut iudex iis probationibus pro arbitrio uti possit, quas adhibendas judicat, & iis credat, quantum iis probatum existimet. *l. 3 §. ejusdem. 2. ff. d. testib.*

Sed his & similibus non obstantibus, dicimus, probam seu purgationem per aquam frigidam, ut juri divino & humano contrariam, rectissime improbari. Quia species idololatriæ est, veritatem ab elemento aquæ exquirere & idolum in ea sibi fabricare, cum DEUM potius in rebus dubiis consulere debeamus. *Exod. 20. vers. 4.* Unde & *tentationi in Deum* à Pontifice Honorio. III. hæc exploratio adscribitur *in c. ult. X. d. purg. vulg.* ubi & mandat Templarios, qui Livones hoc iudicium subire compellebant, per censuras Ecclesiasticas cogi, eo abstinere, *add. process. judic. contr. Sag. Herm. Gœhaus. Tit. 3. num. 6.* à Stephano V, pro *Superstitiosa* declaratur *in d. c. consulisti. 2. qu. 4. ibi: quod sanctorum Patrum documento sancitum non est, superstitiosa ad inventionem non est presumenda. Spontanea enim confessione vel testium approbatione publica delicta, habitopra oculis Dei timore, commissa sunt regimini nostro judicare: occulta verò & incognita sunt illi relinquenda, qui solus novit corda filiorum hominum.* Confer *Delr. disqu. Mag. lib. 4. c. 4. qu. 5. sect. 3. p. 262. & 263.* Ab alio Pontifice, quisquis ille fuerit, apud Gratianum, detestando eam, vocatur *popularis inventio, facta fabricante invidia: (l. b. e. Diabolo hominum saluti invidente Delrio d. l.) c. Mennam. in fin.*

363.

fin. 2. qu. 4. junct. c. In libro namq; in fin. 2. q. 2. ponitq; eam inter peregrina & ad innocentiam testandam insufficientia judicia (: nempe aliena à canonibus & more judiciorum ab Ecclesia recepto, *Delrio d. l. 5. lib. 4. c. 4. q. 4. sect. 4. pag. 243.*) Lucius III. Pontifex in *c. extuarum. 8. X. d. purgat. Canonic.* præscribens tamen purgationem *Canonicam juratoriam*: de qua, utpote regulis Ecclesiastici juris consentanea, *Delrio d. tr. lib. 4. c. 4. q. 3. in pr.* etiam agitur in *c. 4. 5. 6. 17. caus. 2. q. 4.* quæ et fiebat *per venerabile sacramenti Eucharistici sumptionem*, *Vid. c. 23. 26. dist. caus. 2. q. 4.* in simulq; eandem invalidam judicavit Innocentius III. in *c. sententiam sanguinis. 9. X. ne Cleric. vel Monach. secular.* Cum ergò summorum PP. judicio hæc proba *inutilis, plebeja inventio, peregrinum judicium, fabricatio invidia, superstitiosa adinventio, destitutum Patrum documento*, Canonibus improbata sit, factum, ut etiam Fridericus II. Imp. *lib. 2. Neapolit. Constit. cap. 31.* eam consuetudinem ridens sustulerit. *Vid. Delrio dist. tract. lib. 4. c. 4. q. 4. sect. 4. pag. 243. 5. d. l. sect. 3. pag. 237.* nec minus ante ipsum Lotharius Imp. in legibus Longobardicis *lib. 2. tit. 54.* ex sententia Stephani V. Papæ eam disertè prohibuerit: statuens, ut examen aquæ frigidæ per legatos & Commissarios Imperii ubiq; interdicator omnibus, ne ulterius fiat. *Petr. Heig. part. poster. qu. 39. n. 53. et 54.* Similiter, quamvis in jure Saxonico hoc judicium aquæ simpliciter, ut dictum, admittatur, tamen *Sehnreche cap. 40. in fin.* hoc ipsum non obscure improbatur, ut vel hinc constet, si qua fides purgationi ejusmodi olim tributa fuisset, eam hodie planè facessere debere: tantum abest, ut eam, nescio unde petitis divinationibus, fulcire, Christianos præsertim deceat. Neq; adeò mirari debemus *S. Eugenium* hunc morem approbasse, cum historia Ecclesiæ periti satis norint in veteri Ecclesia sanctos etiam homines suis nævis haud caruisse. *Vid. Petr. Heig. d. l. n. 46. 5. seqq.* Unde quoq; parum stringit opinio *Riccii*: per se enim hanc probam impiam esse, ex dictis constat; Hinc cum ab omni specie mali abstinere jubemur. *1. ad Thessal. 5. vers. 22.* meritò & hic modus in usum revocari non debet, sed ab eo, utpote illegitimo, planè abstinendum. Præterea eatenus judici probationes esse arbitrarias, ut iis ex legum præscripto sic utatur, ut nullas assumat, quæ jure prohibita sunt,

D

di-

dicimus cum *Delrio dict. tract. lib. 4. c. 4. q. 5. sect. 2. pag. 254.* Cum igitur genus prohibitionis aquæ frigida sit superstitiosum & incertum & cum Dei tentatione conjunctum, uti superius citati *Canones & rationes* indicant, quis affirmabit arbitrariam esse iudicis licentiam, maximè in hac criminali purgatione? Jus enim Civile naturam imitatur & ordinarium naturæ cursum tuetur. *l. adoptio. 16. ff. d. adopt.* & illæ confessiones reorum tantùm rata esse jubentur, si id, quod in confessionem venit & jus & naturam recipiat. *l. 13. l. 14. ff. d. interrog l. 23. §. ult. ff. ad l. Aquil. l. cum falsa 5. C. d. jur. & fact. ignor.* Unde & Vulgarem illam probationem ex numero legitimorum iudiciorum rejecerunt multi Theologi, I& Medici & Philosophi, relati à *Joan. Georg. Godelman in tract. d. Lamis lib. 3. cap. 4. ubi addit, hanc communem Dd. sententiam approbari quoq, ab omnibus Facultatibus Juridicis Academiae Germaniæ;* quibus Autoribus post accesserunt *Martin. Delrio Magic. Disputem. 2. lib. 4. cap. 4. qu. 4. sect. 4. & qu. 5. sect. 1. 2. 3. Joan. Wier. tr. d. prestig. Damon. lib. 6. cap. 7. Herm. Goëhausen Process Contr. Sagas Decis. Qu. 1. Berlich. part. 4. Concl. 4. n. 178.* plurimiq; alii ab ipso citati, quos & nos sequimur: Quis enim nescit iudicem sine causa sufficiente & prægnante recedentem à communi sententia juris Interpretum perperam judicare? Vid. *l. 1. C. d. offic. questor. c. 1. c. ne innitatis. 5. & ibi Abbas & Dd. X. d. Constit. fusè etiam Jason in Auth. Novissima. num. 22. C. d. in offic. testam.*

IIX.

An Repressalia jure permitti possint?

Repressaliarum nomen à vetustissimis Romanis legibus radicem sumsisse eleganter tradidit *Zaf. in l. 2. §. ita leges quasdam ff. d. O. 7.* exoticum tamen & barbarum esse propter *c. 1. d. injur. in 6.* & apud Jctos nunc usurpatum, negari non potest, atq; derivatum vel ab *Italico presa*, quod capturam sonat; vel à reprimendo, quod iis aliorum injustitia reprimatur *Frider. d. process. cap. 64. n. 1.* vel à repræsentatione aliorum, quod videlicet detenti repræsentant personas eorum, qui petitori justitiam denegarunt. *Coler. process. execut. part. 1. cap. 2. n. 303.* Alio verò nomine, & quidem satis Latine, Repressaliæ dicuntur *pignorationes* ut *in d. c. 1. d. injur.*

307

jur. in 6. Guido Papa conf. 175. n. 2. eas vocat Arrestum, quod vocabulum descendit à Gallico arrestar, quod arrestare b. e. manus injicere, impedimentum præstare, sistere significat, & num. 1. dict. loc. Marcham appellat. Gallisenim Repressaliæ dicuntur le droit de Marque, ut apud Papon. Du Droit de Marque lib. 5. Arrest. tit. 3. & Guid Pap. q. 33. jus Marque, à limitibus, quia ut censet Cuiac. l. un. C. ut nullus ex vicin. lib. 11. in limitibus potissimum exercetur. Flandri & Belgæ, letteren offte Brieue van Marcke. Damhoud. in Prax. crim. cap. 98. de pignorib. vulgò Repressal. num. 5. Galli quoq; ut Papon. 3. Notarias. 8. c. de lettres de Marque, de literis Marchæ, quia sine rescripto permissoq; superioris tale ius experiri non oportet. Justinianus in Nov. 52. Græco nomine eas vocat ἐνεχυριασµὸς. Et sunt Repressalia, quæ & pressalia apud Ifern. & Afflic. in Constitut. Neapolit. dicuntur, si creditor detineat res aut homines ejus loci vel territorii, in quo ipsi fuit denegata justitia, non obstante, quod ipsi cum creditore nihil contraxerint, vel contra eum deliquerint, Bart. in tract. d. Repressal. Gail. in tr. d. pignor. cap. 2. n. 1. Petr. Frider. de process. lib. 1. cap. 46. n. 2. & 48. in pr. Hujusmodi autem Repressalias adversari juri naturali, civili & Canonico, fateri necesse habemus, Quia injuriosum & iniquum est, alium pro alio teneri. l. 3. §. l. u. C. d. O. & A. & naturâ iniquum est, alterum cum alterius damno & jactura locupletari. l. nam hoc natum. 14. ff. d. condic. indebit. e. locupletari. 48. d. R. 7. in 6. Quod certè fit, si alius pro alio capitur & bona non debentium pro bonis debitorum capiuntur. Unde & Zeno Imp. cum pignorationes usu subinde repullularent, ita, ut liceret creditori debitoris sui convicinum b. e. hominem, qui ejusdem cum eo vici & patriæ erat, ejusve bona prehendere, quoad verus debitor satisfacisset, in l. un. C. ut null. ex vicin pro alien. vicinor. debitor. teneatur, ait: grave esse, non solum legibus, sed verum etiam æquitati naturali contrarium, pro alienis debitis molestari. Et Justinianus Imp. Novell. ut non fiant pignorat. 52. Statim in princ. inhonestas & odibiles vocat pignorationes, se nescire affirmâdo, quæ admodum causa, tantis castigata legislationib; adhuc præsumatur & tantam sui præbeat virtutem: Imò, cum nemo alterius odio debeat prægravari. l. si quis suo 33. §. 1. C. d. inoffic. testam. l. non debet

alteri. 74. ff. d. R. f. c. non debet. eod. in 6. nemoq; prestare teneatur,
quod non accepit. l. 78. ff. d. legat. 1. & ob res alienum inquietare
vel convenire alterum fas non sit. l. 3. l. ob res alienum. C. d. obli-
gat. t. 1. C. ne uxor. pro marit. ne fil. pro patr. & tit. Inter alios acta
alios non nocere. text. l. nullum. 4. C. d. execut. & exact. lib. 12. hinc fa-
ctū, ut Imp. Romani eas prohibuerint, & quidē Justin. dist. Novell.
52. c. 1. in totum, sub pœna quadrupli, ita ut alium pro alterius de-
bitis pignorans, id quod exigit in quadruplum violentiam passo,
reddere cogatur, cadendo simul à tota actione, quam habet. Di-
citurq; proinde in Comitiorum Spirensium Anno 1570. Decretis in
Imperio Romano-Germanico eas esse regulariter prohibitas.

Non ergo Repressalias Imp. Romano-Germanici indul-
serunt, sed adversus eas potius privilegia dederunt. Gail. d. pigno-
rat. obs. 2. num. 3. Sic Gregorius X. Papa contra eas singularia privi-
legia concessit clericis, reputans illā consuetudinē pro abusu, d. c.
un. d. injur. & damn. dat. in 6. Talia quoq; tribuit Frider. Imp. studiosis
& Scholarib9. Auth. habita. C. ne fil. pro patr. Sic inter subditos regni
Galliæ repressalias esse abrogatas, tradit Cuiac. ad dist. l. un. C. ut null.
ex vicin. atq; inter illicita litium abbreviandarum remedia refert
Vent. de Valent. Part. litig. lib. 2. c. 2. n. 30. easq; plus violentiæ,
quàm æquitatis & justitiæ habere, ait Damboud. prax. crim. cap.
98. n. 6. Requiritur siquidem in Repressaliis secundum Interpretes,
justitiam fuisse denegatam, & ejus consequendæ non aliud super-
esse remedium, Matth. Coler. d. process. execut. part. 1. c. 2. n. 271.
Wesenb. Conf. 46. At jubet Jus Civile, ut iudice inferiore justitiam
denegante, ad eatur superior & principi supplicetur, l. et in ma-
joribus. 20. C. d. appell. Unde & in summo tribunali Camerae Spi-
rensis à sententia lata Revisionis beneficium nemini denegatur. Heig.
p. 1. qu. 12. n. 32. nec sinunt jura & leges, ut liber homo pignori obli-
getur. l. 6. C. quæ res pignor. quod tamen fieret in exercitio Repres-
saliarum. Et quis nescit de jure civili judiciorum ordinem esse ser-
vandum l. 4. C. d. sent. & interloc. l. 2. C. d. juris d. omn. judic. qui
omniñò in repressaliis invertitur.

Verum, ut sit, ex toto Repressalias repudiari non posse,
sed in nonnullis casibus juris, certis requisitis observatis, eas per-
mittendas esse, usq; valere, censemus. Ut igitur repressaliis lo-
cus

365

ens **Et secundum** *Da.* requiritur (1.) denegatam esse justitiam, *Frider. d. tr. cap. 46. n. 2. & cap. 49. in pr. Gail. 1. obs. 28. in fin.* nisi enim & reus fuerit evocatus & magistratus requisitus & justitia vel protracta vel denegata, extraordinario hoc pignorationis remedio subveniendum non est. *arg. l. cum vero. 26. §. subventum. 7. & §. evocati. 9. ff. d. fideic. libert. Bart. tr. d. Repress. qm. 2. Myns. cent. 6. obs. 1. n. 4.* (2.) Ut debitum sit liquidum & de ejus quoque causa plenè constet, *Damboud. prax. crim. c. 98. n. 11.* (3.) ut debitum sit grande, non leve & modicum. *Frider. de process. lib. 1. c. 49. n. 2. Heig. part. 1. qu. 12. n. 36.* cum remedia subsidiaria & odiosa non competant pro re modica. *arg. l. scio. 4. ff. d. in integr. restit. l. si oleum. 9. §. fin. ff. d. dol. mal.* (4.) Ut is contra quem Repressaliæ petantur, sit forensis & extraneus, non sub eodem Principe vel magistratu cum creditore vel petitore, *Ruding. cent 4. obs. 32. n. 5.* Unde *Cujac. ad l. un. C. ut null. ex vican. ait,* moribus nostris hoc jure utimur non in nostrates, sed in externos, nec nisi permissu Principis: *ut, si negotiatori Gallo merces diripuerint Hispani: idem quem primùm offenderit Hispanum pari jure diripiet, quod Jus Marchæ appellamus; Sed quod hoc jus non solum in externos, sed etiam in suos exerceatur, patet ex Papon. Arrest. tit du droit de marque.* Imò in Germania inter Germanos id usu receptum: apud nostrates enim repressaliis utimur, & in eum, qui ejusdem nobiscum sub eodem Principe diocesios est; ut si præfectus vel ordinarius debitoris mei magistratus aliquoties imploratus, eum ad solutionem non ardet: tunc si covicanus debitoris veniat ad urbem, **so spannet mann ihme ein Pferd aus / oder beschlägt und ar- restiret ihme das / so er führet.** Et quod hujusmodi repressaliæ vel per statuta aut consuetudines, contra terras aut villas eidem Principi subjectas receptæ sustineantur, ut quilibet de villa pro debito alterius capiatur, affirmat. *Bart. d. Repress. in pr. n. 8. & n. 14. per l. 1. C. d. omni agro desert. lib. 11. l. satis. C. in quib. caus. pign. tac. contr.* ubi uxor primipilo nupta pro eo tenetur. Eodem etiam jure autoritate superioris quilibet Magistratus contra subditos etiam alterius Principis uti posse, constitit ex actis *Mense Septembr. Anno 1657.* ab Illustri Regimine *Jennacensi ad nostram Facultatem missis in* **Causa der Gemeinde zu Sereckda / Amptis Kreußburg / contra Possessores der Tiefsenbachischen landerey /** ubi ita Decretum erat

rat: es solten die Zieffenbacher bey vermeidung anderer un-
nachlässiger zwangs- und pfandungs mittel demin sumarissimo
von Helmstade eingeholten Breheil gebürende folge thun.
(5.) Necessè est, ut autoritate magistratus decernantur & conce-
dantur repressalix: non verò propria libidine suscipiantur. *Ruding.*
cons. 4. obs. 32. n. 5. in fin. nemo enim propria autoritate sibi jus di-
cere potest *per vulg.*

Quod igitur attinet in contrarium citatas leges & rationes,
dicimus (1.) eas esse generales & parùm si penitiùs introspeci-
as, contra pignorationes facere: omnis enim justitia & rationalis
æquitas hoc exposcit, ut singulis tribuantur sua, & omnibus rerum
vel creditarum vel ablatarum fiat restitutio. Jam verò si non solum
te sed & magistratum tuum pro restituendo & solvendo debito sol-
licitavi, & mihi utrinque debita justitia denegetur, eadem ipsa
lex & justitia ordinavit & permittit alium *modum justitia extraordi-*
narium, malo nodo malum cuneum objiciendo, ita ut, quod moni-
tis, petitis, & minis obtinere non potui, æquabili repres-
saliarum & pignorationum coactione obtineam: succedit enim
magistrat9 vel Princeps concedens repressalias loco deficientis su-
terioris, vel justitiam denegantis. *Bart. d. Repress. 2. q. 3. n. 4.*

Eas verò leges (2.) quibus pignorationes prohibentur, non tam
pignorationes & repressalias damnare, quàm inhumanum earum
abusum & vetitam legib9 proprii facti, sine causæ cognitione, pro-
cedentem audaciam. Nec (3.) obstat, quod Impp. Sereniss. nostri
supplicantibus repressalias denegarint, privilegia verò contra eas
promptissimè concesserint: ibi enim defuit justissima repressali-
arum concedendarum causa: privilegia autem contra repressalias
conceduntur, ut justitia omnibus administretur. Ex quibus vi-
demus, privilegiis istius modi temerarias saltem & violentas facti
repressalias coerceri: eas verò, quæ ob denegatam justitiam judi-
cialiter fiunt, non tolli. Conceduntur igitur, ne pereat justitia, &
est species belli justii, *Jacob. à Canib. tr. d. Repress. part. 1. n. 14. Con-*
fer. Magnif. Dn. Carpzov. p. 4. const. 16. def. 5. Unde & Imperator in
Recess. Ratisbon. de Anno 1594. S. und so viel die ungleiche mei-
nungen etc. ea tantùm Arresta condemnat, quæ sunt facti, ea verò
quæ

388.

quæ funt ratione obligationis, conventionis, pacti, transactionis, rei iudicatæ, consuetudinis, approbat. Unde & legimus apud Petr. de Vineis lib. 5. Epist. 48. Fridericum II. Imp. adversus rebelles Anconitanos repressalias aliquando decrevisse. Quid multis? experientia edocemur, toto die Repressalias, præprimis ab iis, qui pacis belliq; in Regnis atq; Rebusp. summam habent potestatem & se superiorem neminem agnoscunt, exerceri.

IX.

An in Regis Romano-Germanici Electione certa ratio ætatis sit habenda & incunda?

Libera quantumvis hodie sit Electio Regis Romanorum in Imperio Romano-Germanico. A. B. Tit. 2. c. venerabilem. 34. X. d. elect. Magnif. Dn. Reinking. d. Regim. secul. & Eccles. lib. 1. class. 3. cap. 2. num. 20. Wilhelm. Witgendorff Politic. Imperial. th. 18. Dn. Jacob. Lampad. tr. d. Republ. Rom. Germ. part. 3. cap. 2. n. 4. Magnif. Dn. Carpz. Synopf. Jur. Feud. Disp. 2. qu. Illustr. 1. n. 12. attamen non nisi habilem ad honores Imperii supremos evehi debere, conijcere licet ex verbis dict. Tit. 2. in. pr. ibi: Damit Sie (die Churfürsten oder deren Botschafften) einen gerechten / guten und nützlichen Menschen erwählen mögen. Item Tit. 19. ibi: damit eine Person / die zum Römischen König qualificirt und tüchtig sey / erwöhlet werden möge. Idq; ut strictè observetur, juramento Archi-Principes Electores obligare necessum duxit Carolus IV. Imp. inter alia formulæ jurisjurandi hæcce inserens: Daß ich bey den Creuen / damit ich Gott / und dem H. Römischen Reich verbunden bin / nach aller meiner verständigen erkännuß und Vermunfft / mit Gottes hülffe / will erwählen ein weltlich Haupte dem Christlichen Volck / daß ist / einen Römischen König zu einem Rån ser zuerheben / der darzu tüglich sey / so viel mich meine discretion, bescheidenheit und sinne weisen. dict. Tit. 2. S. 7. A. B. Habilem ideoq; esse eligendum, imprimis ratione legitimæ ætatis, quis addubitet? De jure autem Communi illum esse justæ & legitimæ ætatis, qui 25. annum superavit, constat ex pr. J. d. crü-



d. Curat. Et. ff. d. minor. 25. ann. ante quam ætatem nemo ad honores publicos admittebatur aut ad gubernacula Reip. adhibebatur, per *text. express. l. ad. Remp. §. ff. d. muner. Et honor. l. 2. §. fin. ff. d. jur. immunit. l. 2. in pr. ff. de vacat. Et excus. muner. nec Decurionatū gerere poterant, nisi nominetens. l. 6. §. 1. l. 11. ff. d. Decurion. redditurq; à DD. inter quos est *Gigas Resp. 14. n. 2.* hæc ratio: quod minorū judicium fragile, infirmū & ad peccandū pronū sit, & à *Cyprian. Regner. Cens. Belgic. lib. 1. Tit. 23. in pr.* hæc: quod ante dictam ætatem vix aliquis integris & circumspēctis consiliis uti possit: post hoc verò tempus constet virilem vigorem esse completum. *l. 1. §. 2. ff. d. minor. 25. ann.* Unde & olim majores 44. anno demum aspirabant ad Consulātū. *Tulden. ad Cod. lib. 1. tit. 17. n. 6.* Majores siquidem ætate in honoribus ac præ eminentiis semper reliquis præferendi. *l. semper. 5. in pr. ff. d. jur. immunit. l. fin. C. d. Tyronib. lib. 12. Natta tom. 3. consil. 638. n. 3.* pariter nec minor 25. annis Assessor esse potest, *Menoeb. lib. 2. arbitr. qq. cent. 3. cas. 254. Nolden. in tr. d. Consiliar. 7. n. 20.* cum in judicio omnia ab eo dependant, *Stephan. d. offic. judic. p. 4. cap. 1. n. 5.**

Quod præterea dignitates Ecclesiasticas spectat, eodem intuitu minor 25. annis ad sacerdotiū suscipiendū in idoneus est. *Vid. Numer. cap. 4. vers. 23.* cū adhuc illos plerumq; mores ac scientia deficient, *cap. cū incunctis. 7. X. d. election. ubiq; Panormit. illiq; morū nobilitate innotescere debeant. c. 3. dist. 40.* nō enim cathedra facit sacerdotē, sed Sacerdos cathedram, nō locus sanctificat hominem, sed homo locum, non omnis sacerdos sanctus, sed omnis sanctus sacerdos est. *c. 12. dist. 40.* Hinc & *ICTi sancta justitia sacerdotes* meritō appellantur per *l. 1. §. 1. ff. d. J. Et J.* Aliud verò de jure Saxónico sancitum, quo ille legitimæ ætatis esse pronuntiatur, qui metas anni 21. adimplevit. *Lehnrecht. cap. 26. vers. doch müssen sic. Landrecht. lib. 1. art. 42. Zobel. part. 2. differ. 38. n. 14. Koppen observ. 64. Rorentorp. Exeges. Inst. Imper. cap. 18. n. 3. in fin. Schulz Synops. Inst. lib. 1. tit. 14. lit. a. Et tit. 23. lit. a.* Rationem assignat *Cotter. decis. 19. n. 4.* quod in locis Saxonice aliquantō maturius sapiant homines: quæ an apodictica, judicent cordatiores. In Gallia minor efficitur major anno ætatis 20. vel 21. *Tiraq. d. Nobilit. cap. 20. n. 40. Et 41. Florentiæ 20. Boer. decis. 350. in Sicilia 18.*

Marrat

307.

Mant. part. 6. d. appell. n. 80. ut propterea non dubitandum sit, quod vel per statuta ætas minui aut augeri possit, *Hillig. in Don. Enucl. lib. 21. Cõm. cap. 7. lit. a.* habito imprimis respectu tam ad hodiernã statẽ, quæ nimis brevis, ac post diluviũ à divina Sapiẽtia valdè diminuta fuit, ne longitudo vitæ esset causa excogitandorum malorũ, pulcrè *Fulv. Pacian. lib. 2. d. probat. cap. 7. n. 51. quàm ad diversitatem plagæ Cœ. li. Magnif. Dn. Carpzov. in tr. Crim. p. 3. q. 143. n. 5.* vel etiam ex singulari Principis Rescripto, quod *Indultum* vocatur, ætatis variatio obvenire queat: Imperator enim pro sua clementia ac beneficio, *l. 3. et 4. C. d. his qui ven. atat* ejus ætatem supplet, qui nondum naturæ terminum completum attigit. *l. fin. C. cod. eo effectum, ut in omni parte pro majorenni habeatur, non solum in bonorum administratione, l. 2. C. cod. & remotione Curatoris. l. 10. C. d. appellat. sed etiam in denegatione auxilii restitutionis in integrum. l. 1. C. d. his qui ven. atat.* ne scilicet cum illis contrahentes principali auctoritate circumscripti videantur. *Bart. ad d. l. 1. excepta alienatione rerum immobilium, d. l. 3. C. d. his qui ven. Dn. Vinn. ad pr. f. tit. d. curator. Grotius, re & nomine magnus, Introduct. ad Jurispr. Holl. part. 10. lib. 1. Christin. ad LL. Mechlin. tit. 19. art. 28. n. 1. 3. & seqq.* Hinc & ex dispositione Caroli IV. Imperatoris supputatio ætatis abbreviata reperitur in filiis Electorum: ad quorũ legitimam ætatem anni octodecim requiruntur, per text. expr. in *A. B. Tit. 7. ibi: die an einem Churfürsten auf 18. gankter jahrs sich erstrecken sollen:* Ex quibus verbis probatur, quod anni octodecim completi legitimam ætatem demum constituent. Quo itaq; jure *Marquard. Freher. d. Tutel. Elect. fol. 37. & Andr. Knich. in Comm. d. Sax. non provoc. Jur. verb. Electorum c. 5. n. 42.* annum inceptum vel etiam mox complendum sufficere existimaverint, animadvertere non possumus. Contrarium siquidem manifestum reddunt verba sequentia in *A. B. dist. Tit. 7. ibi: Welcher / so er es also erreicht hat / sol der Vormund ihm das Rechte / Seinn und Gewalt / und alles was dem anhanget / gänglich und ohne verzug sachte dem Ampt übergeben:* Ex quibus iterum constat, in Electoribus anno 18. ætatis completo tutelam & curam ita finiri, ut non tantum Electores sint, sed & **Ducatus**

E

satus

102
eatus & Principatus administratores plenarii: facitq; huc alia
Constitutio Caroli V. quæ itidem Norinbergæ & quidem post
hanc Bullam Anno 1556. die Johannis Evangelistæ in causa Ru-
pertorum prolata est: cujus tenorem refert *Domin. Arumæus ad*
A. B. disc. 4. th. 14. ubi ita etiam in persona Christiani II. E-
lectoris Saxon. & Friderici IV. Electoris Palatini observatum
fuisse tradit. Idemq; comprobatur exemplum Ludovici Palatini
Electoris: is enim cum 18. annum explevisset, Patruus Otto,
Dux Palatinus tutor, ei & Electoratum & Palatinatum restituit.
Marquard. Freher. in assert. pro gubern. Frider. IV. Comit. Palat.
fol. 29. Anton. Coler. d. Jur. Imper. German. concl. 55. Quale spa-
cium etiam est conveniens dignitatibus Doctoralibus, prout pro-
bant exempla Nervæ, Fichardi, Mynsingeri, Arumæi, *Matth.*
Stephan. d. jurid. lib. 3. part. 2. cap. 14. n. 69. cum seq. & Nevizan. in
Sylv. lib. 5. n. 12. Unde nec abs re asserere quis poterit, si non majorē,
attamen nec minorem terminum tutō præfigi posse Imperatori.

Verū cum hæc observantia hæcenus neq; invaluerit, ne-
que ulla lege sit definita, & à Carolo nostro indecisa relicta, con-
cludimus, in Electione Regis Romanorum certam ætatis ratio-
nem non esse ineundam, maxime cum multivariis exemplis hoc
comprobatur legimus: Constat enim ex Historiis, Ottonem
III. adhuc adolescentulum, *Otto Frising lib. 6. cap. 26* Henricum
III. anno ætatis suæ 12. *Aventin. lib. Annal. Boj. p. 406. Spangenberg.*
in Chron. Mansf. c. 168. Henricum III. anno 8. *Kranz. lib. 4. Sax.*
c. ult. add. Dautb. d. testam. n. 145. Wenceslaum 15, *Aeneas Sylvius*
in Bohem. c. 33. Carolum V. 19. *Dan. otto I. P. cap. 8.* Vel ut *Magnif. Dn.*
Carpz. Synops. Jur. Feud. Disp. 2. qu. Illustr. 2. n. 4. refert, anno 20. in Im-
peratores electos esse. Ut taceam⁹ jam quæ ex sacris peti possunt exē-
pla, *Salomonis. 3. Reg. c. 3. Schonborn. Polit. lib. 2. c. 7. Davidis. 1. Samuel.*
16. aliorumq; , quorum mentio fit in 2. Reg. c. 16. vers. 2. & cap. 18.
vers. 2. nec non c. 22. impr. Interim tamen diffiteri nō possum⁹, quod, sic
ut vinum fortius aquâ temperatur, insanusq; Deus aliquo sobrio,
ita juvenum imperium Consiliis Senum temperari debeat: Est
enim in ipsis sapientia, *Job. c. 12. & 32. item Syracid. c. 25.* Unde
& *Moyfes* jubetur eligere, *Senes. Exod. 18.* Imò consultius interdum
esse, gravescentis quodammodo ætatis Principem in Imperato-
rem

304.
rem eligere: Quò et digitum intendebat Elector Trevirensis, dum
in Electione Imperatoria Franciscum I. Galliarum Regem ratio-
ne ætatis Carolo Regi Hispanico præferret *Sleidan. lib. 1. Histor.
pag. 19. Confer. Dn. Carpzov. Discuss. Histor. Juridic. Voti Septemvir
graviss. post. 30. n. 43.* Gravioris siquidem ætatis umbra gladio ju-
venis furioso meritò præfertur, ut loquitur *Dn. Johan. Limnæus d.
jur. publ. lib. 2. c. 2. n. 75.* Sic etiam legimus Carolum IV. 30.
Matthiam II. 36. Ferdinand. II. 41. ætatis anno electos ad impe-
rium pervenisse.

X.

An vivo adhuc Imperatore ad novi Romanorum
Regis Electionem Principes - Electores procedere pos-
sint?

Electorum dignitatem atq; autoritatem in Imperio Roma-
no-Germanico post Imperatorem maximam esse, nemo, nisi qui
planè hospes in jure Publico, diffiteri audebit: Sunt enim mem-
bra Imperii proximiora, A. B. *Tit. 2. §. und dieweil.* Colu-
mnæ Imperii Principales, *Edle Seülen / Imperium Romanum
sustentantes, Tit. 3. in pr.* Pars corporis Imperatoris, *tit. 24. in pr.*
Hinc etiam Regibus comparantur, *Magnif. Dn. ReinKing. d. Re-
gim. secul. & Eccles. lib. 1. clas. 4. cap. 3. num. 6. Wilb. Wigendorff Politic.
Imperial. th. 53. in pr.* Omneq; jus eligendi Imperatores penes Eos
solos hodiè consistit, quando scilicet necessitas & casus eligendi
Imperatoris emerferit, A. B. *Tit. 1. in pr. ibi: wie offte und wenn
es / & Tit. 4. §. wann und wie offte.* Casus autem hic necessitatis
& electionis tribus potissimum modis contingit: *Vid. Dn. Jacob.
Lampad. p. m. tr. de Republ. Roman. Germ. part. 3. cap. 2. §. 5. & seqq.*
(1.) per mortem Imperatoris, *d. Tit. 1. A. B. §. wann es auch da
zu kommen / & vacationis Imperii. d. tit. 4. & §. A. B.* Ex qui-
bus textibus colligitur, vivente Imperatore & non vacante Impe-
rio ad Electionem Regis Romanorum procedi non posse: Electio
enim facta, sede non vacante, ipso jure nulla. *c. 1. & 2. d. concess.
præbend. Anton. Faber in Cod. in rer. Sabaud. judic. lib. 1. tit. 3. def. 43.*
Ex hac etiam ratione Electores & Principes Mulhusii Anno 1620.
congregati in literis ad Palatinum 21. Nov. & 11. vet. Martii datis,
E 2 ejus

ejusdem in Regem Bohemiae electionē improbarunt, daß in dem
Königreich Böhmeimb / der zeit / als die letzere Wahl vor-
gangen / keine sedis vacantia, sondern dasselbe mit einem an-
genommenen / gekrönten und belehnten König / dem die
Stände auch die schuldige huldigungs Pflicht geleistet / ver-
sehen gewesen / *Sigismund. Latom. Continuat. histor. de Anno 1620.*
pag. 9. Eademq; de causa electio Caroli IV. quod vivente adhuc Lu-
dovico facta esset, nō solū nullitatis in causa, sed etiā per majorē
Electōrū partē cassata fuit, sicuti retulerunt *Johan. Cuspin. in Car. IV.*
pag. 382. Peucer. lib. 5. Chron. in cod. Imp. Sic quoq; cum Anno 1530. vi-
vente adhuc Carolo V. Imperatore, Frater Ferdinandus in Regem
Romanorum eligeretur, JOHANNES ELECTOR SAXONIAE aliq; con-
foederati Status Smalcaldici electionem Ferdinandi improba-
runt, *Sleid. histor. lib. 7. & 8. Cyr. Spangenberg. in Chron. Mans-
feld. c. 366. Thuan. lib. 2. histor. pag. 107.* refertq; hujus contradi-
ctionis & improbationis, præter allegatam à nobis rationem,
Buxtorf. th. 11. lit. a. ad A. B. hanc, quod Imperio calamitosum &
grave fore putarint, duos eodem tempore habere & nutrire Do-
minos: Veluti idem Rudolpho I. petenti, ut filium suum se vivo
eligere velint, ab Imperii Ordinibus responsum fuit: Maximè e-
nim interest subditis, ne plures Dominos habeant. *Rol. à Valle*
Conf. 10. n. 2. vol. 5. cum nocentissima sit Dominor. pluralitas, *Natt.*
Conf. 289. n. 3. Et plures orientem quàm occidentem solem adorent,
ut Pompejus Syllæ, triumphum Ipsi denegare volenti, respondit,
Plutarch. in vit. Pompej. Erasim. apoph. lib. 4. in Pompejo. Hinc &
Elisabetha, Regina Angliæ, noluit quenquam, se vivente & lucis
usura adhuc fruente, successorem cernere & brevi morituræ fos-
sam aperire; sed coactis populi Ordinibus interdixit, subjectā
læsæ majestatis poenā, de Imperii successore sermones serere. *Bodin.*
lib. 6. d. Republ. cap. 5. Heig. part. 1. qu. 6. n. 10. Imò, non solū eū cri-
mè læsæ Majestatis incurrere, qui vivo Imperatore Imperialē digni-
tatē ad se transferre conatur, probat inter alia Apologia defensionis
Philippi Hassiæ Landgravii apud *Hortleder. in Reichshandlung*
lib. 4. cap. 7. n. 43. qui ita respondit: *Es gibe Herzog N. vor /*
wir wollen Röpfer seyn und schreiben uns die Gewalt selber
zu

369.
zu: Das ist warlich etwas und ein ding/ dadurch man noch
Kaiser und König bewegen möchte. Wir wissen ja wohl/das
es ein crimen læsæ Majestatis were / bey leben des Kaisers/
nach der Kaiserlichen Gewalt zu trachten etc. sed & illos, qui
tractant, vivo Rege, de faciendo Regem, Majestatis læsæ reos fi-
eri, docent Tiber. Decian. in tr. crim. lib. 7. cap. 4. n. 5. in fin. Prosp.
Farin. d. crim. læs. Majest. q. 113. n. 54. alijs. Scriptores. (2.) Per re-
nunciationem & resignationem Imperii, quâ etiam Imperium va-
care accidit, Arg. c. ex transmissa. c. nisi cum pridem. c. quod in dubi-
is. X. d. renunciat. Stephan. d. jurisd. lib. 1. cap. 15. num. 22. & seqq.
Dan. Otto. I. P. cap. 10. pag. 171. Exempla talis resigna-
tionis habemus in Lothario I. & Carolo V. qui ambo post abdi-
cationem Imperii Monasteria ingressi sunt: Ille in Pruminense
circa annum 854. Hic in Monasterium Hispanicum S. Justi Anno
1556. se contulit, Otto Frising. lib. 6. Chron. c. 1. Sigonius lib. 5. d. Reg.
Ital. in Lothar. I. Sleidan. lib. 27. histor. sub. fin. anno 1556. in fin.
Quamvis non negemus, per resignationem Caroli non contigis-
se Imperium vacare, cum id ipsum non tam resignavit quàm ces-
sit Ferdinando Fratri, electo Romanorum Regi. N. A. zu augse
purg de anno 1559. in pr. (3.) per exauctorationem & justis de-
causis depositionem Imperatoris, Paris d. Puteo tr. d. Syndic. cap.
d. excess. Imper. Quod accidit Carolo, Crasso dicto, Lehman in
der Spenrischen Chronich lib. 2. cap. 44. et Adolpho Comiti
Nassoviensi, Cuspien. in vit. ejus. Naucler. Chronograph. gener. 44.
vol. 2. edit. Colon. Anno 1544. fol. 867. Quanquam, quod attinet ul-
timum hunc modum, non diffiteamur, nos pendere animi, utrum
etiam hodie iste moribus ita simpliciter recipi possit. Vacante i-
gitur sede Imperii, Archi Episcopus & Elector Moguntinus, tan-
quam Collegii Electoralis DECANUS, Magnif. Dn. Carpzov. Discuss.
Histor. Jurid. Voti Septemviral. graviss. Albert. Cardinal. Archi Episc.
Mogunt. pos. 7. n. 64. Dan. Otto I. P. cap. 10. pag. 173. in pr. Germaniæ
ARCHI-CANCELLARIUS. N. A. de Anno 1555. §. So sieh dann a-
bermals ibi: seine Liebdt/ als Ers-Cansler des Reichs/ electio-
nem reliquis Collegis Coelectoribus, quamprimùm intra mensem,
à die mortis Imperatoris, denunciat. A. B. d. tit. 1. §. Wann es

E 3

auch

auch dazufommen/ simulq; intimat, ut intra trium mensium
spacium à die datarum literarum Francofurti ad Moenum ad e-
lectionem novi Imperatoris convenient, vel legales suos Nuncios,
cum idonea instructione, sine mora mittant. *d. tit. 1. §. auch sehen
und ordnen/ & §. und welcher Churfürst. Confer Dn. Jacob.
Lampad. laudat. tr. d. l. §. 16.*

Verùm enim verò nos, hisce non obstantibus, nulli dubita-
mus, præter dictos casus ordinarios instituendæ Electionis Impe-
ratorix, quandoq; extraordinariè, etiam vivente & existente ad-
huc Imperatore, conventum Electoralem ad eligendum Re-
gem Romanum intimari posse, dummodò causa justa (puta ob
turbulentum Imperii statum, ingravescentem Imperatoris ætatem,
*Magnif. Dn. Carpzov. Synopf. jur. Feudal. disp. 2. qu. Illustr. 3. num. 12.
& 13.)* & ipsius Imperatoris consensus adsit, *Magnif. Dn. Reinking. d.
tr. lib. 1. cl. 3. c. 3. n. 7. in fin.* Invito enim Imperatori Regem Roma-
num adjungi non posse, probat expressè *Goldast. tom. 1. Const. Imp.
in Ration. pag. 97. Dauth. in Repetit. l. fin. n. 21. C. d. pact. ad eum ef-
fectum, ut Rex Romanorum in casum vacantix legitimus Im-
peratoris successor sit: uti Ferdinadus Imperator de se loquitur
in R. A. zu Augspurg de Anno 1559. in pr. ibi: und als hiebevör er-
wehlttem/ bestetigten und gekröntem Römischen König/ auch
Ihrer Liebden und Käyserlichen Majestät im fall der erledig-
ung des Käyserthums unzweifentlichem rechten Succes-
sori: ideoq; statim à morte Imperatoris administrationem susci-
piunt, uti Maximil. II. fatetur, R. A. de Anno 1556. in. pr. ibi:
Das wir gleich alsbald nach tödlichem Abgang gedachtes
unfers geliebten HERREN und Vaters / uns der administrati-
on des erledigten Käyserthums unterfangen. R. A. de
Anno 1567. §. aber doch da sie sich. ibi: als Ihrer Ed. und Käy-
serlichen Maj. Nachfolger am Reich. Idq; non solum ex anti-
quioribus exemplis Ottonum, Henricorum & Friderici II. sed
& ex noviter post latam A. B. introductis exemplis firmari potest:
utpote Wenceslai, ipsius Caroli IV. filii, Maximiliani I. Ferdi-
nandi Caroli V. Fratris, Maximiliani II. Ferdinandi filii, Ru-
dolphi*

370.

dolphi II. Ferdinandi III. & IV. gloriosissimæ memoriæ, qui omnes viventibus adhuc & imperantibus Prædecessoribus suis Imperii Successores designati leguntur apud *Abb. Ursbergensem in Otton. IV. & Henric. VI. Muscul. d. success. anomal. membr. 1. clas. 1. concl. 3. lit. P. Schonborn. Polit. lib. 5. c. 19. Petr. Heig. p. 1. q. 6. n. 26. & seq. Magnif. Carpz. d. l. n. 10. 11. & 16. compluresq; alios.* Taceo jam, quod antiquitus Imp. Romani etiam Coadjutores & Cooperantes sibi adjungere soliti fuerint, uti probatur ex *l. ult. ff. d. hered. instit. & l. cum proponebatur, ibi: Divus Marcus & Commodus Imp. rescripserunt, ff. d. appellat. aliisq; textibus, in quibus sit mentio Rescriptorum, à duobus simul Imp. editorum, l. 3. §. ult. ff. d. testib. l. Div. fratres. ff. d. pæn. hocq; postea usu receptum est, Vid. Schonborn. d. l. ubi dicit, eo consilio Carolum V. Imp. cum sæpius relicta Alemannia Hispaniã peteret, Ferdinandũ Fratrem Regem Romanũ creari ab Electoribus petiisse & nõ obstante contradictione potissimũ Electoris Saxonie obtinuisse, ut Domi Reip. curam pro ipso susceperit.* Unde & dicimus, hanc observantiam tot exemplis & præjudiciis suffultam, nullatenus cum A. B. aliaq; lege scripta pugnare: licet enim in supra adductis textibus A. B. ille tantũ casus exprimat, si ex morte Imperatoris contingat vacare Imperium, quod tunc ad Imperialem dignitatem per Electionem novus evehi debeat: alter tamen casus, de quo potissimũ nos loquimur, non excluditur, cum unius inclusio non sit alterius, eandem rationem habentis, exclusio. *Cephal. consil. 257. præsertim si alibi lex loquatur indefinite & generaliter; Communis. enim & ab utriusq; juris Interpretibus recepta Regula est: quod indefinita locutio à lege prolata æquipolleat Universali, gl. in cap. ut circa in pr. de Elect. Dyn. in Rubr. d. R. J. in 6. Bart. in l. si pluribus. de legat. 2. Cagnol. in l. 1. n. 9. d. R. J. Jam verò in d. Tit. 1. A. B. in pr. lex loquitur indistinctè hisce verbis. Wir erkennen unnd sehen mit diesem gegenwertigen Kayserslichen Gebott / Ewiglich zu wehren / aus rechten wissen und Vollkommenheit unsers Kayserslichen Gewalts / wie offte und wannes in künfftigen Zeiten noht / oder sich begeben würde / zu wehlen einen Römischen König zum Kaysers zu machen / daß sich die Churfürsten zu solcher Wahl etc.* Ergò quoq; de omni casu & necessitate

itate Electionis, etiã quæ Imperatore vivente suscipitur indistin-
ctè intelligi debet, arg. l. 1. §. generaliter. ff. d. leg. præstand. l. si plu-
ribus. ff. d. legat. 1. nec aliter prædicta verba A. B. ipsum Carolum,
aliosq; hujus Legislatores intellexisse, vel ex eo solo satis colligi-
tur, quod paulò post hanc Bullam de filio Wenceslao, se adhuc
vivente, in Regem Romanorum eligendo, fuerit sollicitus. *Cuspin-
in vit. Wenceslai.* Ad cætera, si quidquam dubii adhuc relinqua-
tur, sciscitanti Responsum in discursu dabimus: plura enim hac
vice pagellarum numerus non admittit.

DEO TRIN-UNI GLORIA.

COROLLARIA.

I.

*Tria illa Proverbia, quæ de Rebus publicis nonnullis vulgò prædicã-
tur, cum dicitur: Hette ich der Benediger Macht/ der Augspurger Pracht/ der
Straßburger Beschütz/ der Nürenberger Witz/ der Ulmer Geld/ so were ich ein
HERR in der Welt: si gratia nihil, si auribus nihil dare, sed dicere, quod
res est, volumus, quàm proximè ad veritatis aram accedere non viden-
tur:*

II.

*Romanum Principem legibus omnibus, tam divinis, quàm hu-
manis, solutum esse, hodiè statuimus:*

III:

*Principem ex Protestantibus in Regem Romanorum electum, si-
ne offendiculo conscientia, patrocinium Ecclesia ac sedi Romanae ejusq;
Administratori promittere posse, censemus.*

F I N I S.

ULB Halle 3
004 326 318



f

sb.

WMA







JURIDICA, ³⁵⁷²⁰
FS 1658

DEM

IM JURIS
AM PRIVATI
RUM,

NUMINE
MAGNIFICI AC NOBILIS
IN ALMA AC FER-
GERANA,

DIO
CONSULTISSIMI
HERMANNI

DEMQUE FA-
OFESSORIS PUBLI-
COLLEGII HUIJATIS
IMI. DN. PATRONI,
TATEM COLENDI.
SUBMITTIT

üller /

XONUM
NNI 1658.

KÜCHENI.

Handwritten notes:
Plic
Dn. Er
Dnt
Cm

